





Misc. 5. 6<sup>m</sup>.

1,63

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36





Disputationes hinc Syllogis in setta, et Præside  
Wernsdorfio defensas hæc sicut.

1. De absolute Ministerii Eclesiæ non more declaratiæ 1736.
- 2.
3. De absolute adstruor decreto vera solidez q sola impatiens 1726
- 4.
5. De absolute mo Morali equi Theologico 1725
6. De adventu ultimus ad Luc XXI. 25. q coll. Matth XXIV. 24. q 4
7. De asinay Separatay Statu ear denuq cum Marc XIII. 25. q 1710  
vris denuq cum vris com mico 1725.
8. De analogia fidei ad Rom XII. 6 a Novalesentij laudatibz 1712.
9. Anthropologia Salomonea ad Eccl. VII. 29. 1720.
10. De Autonomia Recentior quor dand 1733.
11. De libris Aristotayis de vero christiano 1714.
12. De Baptismi christianoy origine vere divina 1710.
13. De Recentior byde Baptismate contro versus 1708
14. Deo num Bond opâ in Jplificatione fidei sint plentia 1717.
15. Exploratio Spiritus Brendeliani 1717.
16. De Jaxorum meritis in puriorum doctrinam christi restituentay 1717
17. De laicis Jusbarim in Eclesia 1725.
18. De Censu lojanij Octavij Augusti 1693.
19. De christo cui sine exemplo homine 1706.
20. Normella dilectum in thone Segmenta 1733
21. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
22. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
23. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
24. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
25. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
26. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
27. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
28. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
29. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
30. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
31. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
32. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
33. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
34. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
35. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate  
36. De dispensi inter Reformator et catholicos in Articulis de Sacra Trinitate







9 2

2. D. B. V!

# ANTHROPOLOGIA SALOMONEA

QVAM  
EX ECCLES. VII, 29. ERVIT

ET  
A VETERVM IVXTA ET RECENTIORVM  
CORRVPTELIS CAVILLISQVE  
VINDICATAM

PRAESIDE

DN. GOTTLIEB VVERNSDORFIO  
THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. CONS. ECCLES. ASSESS.  
ÆDIS MAR. PAST. ET CIRC. ELECT. SVPER. GENERALI  
ORDINISQVE THEOL. H. T. DECANO

IN ACADEMIA VVITTENBERGENSI

D. SEPT. A. R. S. clō 1ōcc XX.

PVBLICE AD DISPVTANDVM PROPOSVIT

AVCTOR - RESPONDENS

M. CHRISTIANVS HENRICVS ZEISIVS

Rofw. Mifn.

S. S. THEOL. STVD. ET ALVMN. ELECT.

---

WITTENBERGAE,  
EX OFFICINA VIDVAE GERDESIAE,



ANTHROPOLOGIA  
SALOMONIA

ANNO DOMINI MDCCLXXII  
A VETERVM VITA ET MORTUORVM

DR. GOTTLOB WERNER  
THEOPH. P. HONOR. VBI CONS. LIC. ASSERS

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI  
D. SEPT. 17. A. 1772. XX

M. CHRISTIANUS WERNERVS SEIVS





## PROOEMIUM.



Salomonem omnium Regum, qui unquam in orbe terrarum ad gubernacula Reipublice sederunt, Sapientia, Fortuna, & Divitiis celeberrimum extitisse, nemo, nisi Sacrarum literarum ignarus, insicias ibit. Nomen quippe ei nondum adhuc nato a DEO inditum, idque cum Messia commune fuit. Quod ipsum satis testatur, quam acceptus DEO fuerit, a quo præ reliquis hominibus tanta sapientia imbutus est, quantum nemo mortalium præter Adamum habuit, sicut DEVS ipse Regi, tunc juveni, pollicebatur 1. Reg. III, 12. Unde Regina ad Austrum famigeratissima per longum iter ad Salomonem suscepit, non animo eum seducendi, aut ad voluptates carnis alliciendi, (ut hodie Successores dictæ Reginae, Abyssinenses, gloriantur, se ex concubitu Salomonis cum hac Regina ortum trahere,) vel etiam ad Idololatriam inducendi, quam maculam uxores ejus gentiles ei inusserunt, sed ejus sapientia fruendi. Quid, quod ipse Academiam, seu seminarium sapientie, instituit, ut Rabbini testantur. Elucet quoque ejus sapientia ex innumeris ejus libris 1. Reg. IV, 32. sqq. e quibus tantum tres supersunt: Ethicus, quem Proverbia, Physicus, quem Ecclesiasten, & Metaphysicus, seu Transcendentalis, quem Canticum Canticorum appellant. Præter dictos libros nonnulli pro Salomoneis venditant Epistolam ad Maurusios, Concionem ad suos & ad milites, de quibus vid. Procopius (p. m. 356. sqq.) ut & Josephus l. 8. c. 2. de B. J. qui numerat 3000. de rebus naturalibus,



ralibus, quos medici Christiani, ceu deperditos, anxie desiderant, cum ars Medica multo accuratius a Salomone, quam ab Hippocrate, Galeno, Theophrasto, Avicenna, & aliis, fuerit excolta. Injuriam vero ei faciunt, qui ipsum Magiæ vocant Magistrum, quasi bonos & malos Spiritus discernendi donum habuerit, unde Cabbalistsæ Sigillis, a Salomone denominatis, in adjurationibus Spirituum utuntur, multa fabulantes de herba, quam Salomon in horto suo contra mortem habuerit. Vid. Camer. Hor. Succ. Cent. 3. c. 9. p. 26. Nec majorem fidem istud meretur, quod de annulo Salomonistradunt. Pellices nimirum & amicas ejus hunc in Jordanem abjecisse, indeque evenisse, ut sapientissimus Regum non magis saperet, quam occisa sus, sed posteaquam ille in pisce repertus & ipsi redditus fuerit, respuisse illum, ut ex Pinedæ l. 3. de rebus Salom. c. 29. refert Cornel. a Lapide in Hagg. II, 24. Quod vero Buxtorffius in libro Cosri P. I. in noit. ad §. 30. sq. e Rabbini adducit, Aristotelem Philosopherum Græcum ab Alexandro M. (cujus Præceptor antea fuerat) cum Hierosolymas cepisset, thesauro Salomonis, præfectum, omnes reliquos Salomonis libros perscrutatum fuisse, eosque sub suo nomine publicasse, additis suis erroribus, librisque Salomonis absconditis, ut mundo persuaderet, ipsum Aristotelem omnia hæc composuisse, Rabbinatorum commentis merito accensemus. Interim sapientia ipsius Salomonis sub ipsa regni primordia emicuit, quando judicium de duarum meretricum infante superstitie scituit, ut sine prolixiore inquisitione vera mater detegeretur, 1. Reg. III. Fortunatissimum quoque Principem fuisse Salomonem, hinc constat, quod pacem & tranquilum imperium habuit, 1. Reg. IV. 24. quodque Templum omnium primum DEO Sacrum exstruere pro Patre Davide a DEO fuit jussus, & quod verum DEI cultum ad exemplum Patris sui propagavit. Quod vero ad felicitatem, & salutem ejus æternam, attinet, licet Senio



Senio fractus illecebris mulierum ad Idololatriam inclinaverit, nihil tamen est dubium, quin monitu Prophetæ Abiæ 1. Reg. XI. 29. sqq. respuerit. Cumque pœnitentia sit vera Sapientia Ps. LI, 8. nemo Christianorum hanc Salomoni facile denegabit. Hanc vero sœadet primo liber ejus Ecclesiastes dictus & plurimorum Interpretum consensu post conversionem ejus scriptus. Unde & hic liber quasi Confessio pœnitentis post lapsum, (ut Hebr. & Christ. Doctores deducunt) Salomonis dicitur. Vid. de Salute Salom. Christ. Chemnitii Disp. Jen. habita A. 1655. Waltherus in Officina Bibl. p. 994. Ursinus in Parall. Evang. p. 68. alique Theologi passim. Enimvero hoc in libro tam in genere vanitatem hujus universi, quam in specie seductionem hominum per mulieres deplorat, quod e verbis a nobis jam tractandis haud obscure, ut infra videbimus, elucescit. Tum vero nec illud omitti debet, quod typus Messie & in N. T. ab ipso Christo commendatus fuerit Matth. VI. & XII. id quod de Saule in peccatis mortuo non legimus. Unde & SCHINDLERVS in Lexico de Salomone, quem Arabes Solyman vocant, inquit: In fine dierum ejus, seu cum esset vicinus morti, mansit super eo Spiritus S. & composuit librum Proverbiorum, Cantica Canticorum, & Ecclesiasten. Quod & confirmat testimonium Davidis a DEO acceptum 1. Par. XXIII, 9. 10. Pineda in libro suo de rebus gestis Salomonis, de pœnitentia Salomonis ex Rabb. tradit, in agro Granatensi inventum esse librum, cujus folia plumbea, formæque rotunda, fuerint. In eo scriptum fuisse, Salomonem peccata & opprobria sua multis lacrymis deplorasse, veniam impetrasse, & in vera fide, non sine gaudio, vitam cum morte commutasse. Olear. ad 1. Reg. XI, 4. & Pref. in Ecclesiast. Hoc vero pro mera fabula accipiendum est, quando nonnulli inficere homines ex libro Traditionum Hebræorum referunt, quod Salomon quinquies per plateas urbis publice tractus, cum quinque virgis in templum venerit,



venerit, postulans ut a Legisperitis castigaretur; sed cum illi revererentur tangere Christum Domini, ipsummet in corpus suum saviisse. *Vid. Ursini Parall. Eb. p. 68. Quod commentum a Rabbiniis suppositum, a Pontificiis vero exclusum fuit, ad corroborandum flagellantium ordinem. In Hispania juxta nonnullos inscriptio Salomoni posita inventa fuit: Salomon ante finem vite poenitentiam egit. Vid. Dilherri Vit. Patriarch. p. 389. Optimam ei inscriptionem Spiritus S. posuit, quod obdormiverit cum Patribus suis 1. Reg. XI, 43. que phrasis baud obscure mortem ejus tranquillam & beatam indigitat. Ditissimum denique Salomonem fuisse, constat, qui attente legit 1. Reg. IV. & X. ubi v. 27. de eo legitur, tot argenti Hierosolymis fecisse, quot lapides ibi fuerint. Unde nonnulli colligunt, Alchymiam eum exercuisse, aurum atque argentum ex lapidibus extrahendo, id quod confirmare audent, dum Canticum Cant. per totum eo detorquent, per Sponsam Regem, sive Aurum, per Sponsam Reginam, sive argentum, intelligentes, que duo in arte Chymica jungantur, seque amplectentur. Quando dicit sponsa: Nigra sum, sed formosa, caput corvi insinuari putant, quod foris nigrum sit, intus autem summis divitiis plenum; Turturis collum de varietate colorum & pavonis cauda explicant; per Hyemem, tempus putrefactionis, per imbrem imbibitionem, per flores item, Rosas albas & rubras, colorem aureum in Lapide, per amissionem Dilecti, auri occultationem, intelligi opinantur. Vid. SENNERTI Tract. de Consensu ac Dissensu Chymicorum cum Aristotelicis & Galenicis c. 3. p. 24. His somniis probare, student, Salomonem fuisse Chymicum, & beneficio chymie tot opes collegisse. Quas vero, utut omnium aliorum regum divitias excesserint, longe alium habuisse fontem, ei. Reg. X. discamus licet. Nos specimen quoddam doctrina daturi locum nobis explicandum sumus ex Cobel. VII, 29. qui Liber Ecclesiastes,*



fiastes, non Ecclesiasticus, quo titulo Syracides insignitur, vocatur, omninoque est Canonicus, licet Hæretici apud Philastrum pro tali non babeant, ab Epicureis quoque & Empæctis plane rejiciatur. Grotius publice fatetur, se non credere, esse Salomonis, sed putare, scriptum hoc esse sub illius Regis, tanquam pœnitentia ducti, nomine. Ex Pontificis Bellarminus, Corn. a Lapide & alii Jesuitæ, Lutherum nostrum accusant, quasi e Canone Scripture hunc librum eliminaverit. Quam falsissimam imputationem ipse B. Megalander a se removet, tam in Commentario super hunc librum, quam in Bibl. Germ. Insania verò fuit, quando Barneſius Prof. Cantabr. Homerum pro Salomone habuit, ut Jo. Clericus in Biblioth. T. 22. p. 244. testatur. Sociniani quoque hunc librum e Canone excludunt, quia voluptates interdum fovdere videatur. Verum Hieronymus Comment. in hunc libr. & l. i. adv. Pelag. affirmat, eum esse Salomonis pœnitentis, Canonicumque ex consensu Hebræorum, & ab eo tanquam a Jedidia in lingua sancta scriptum. Cumque mere divina tractet, a vanitate hujus mundi avocet, (quanquam multa in eo dicantur per mimesin, unde non cœu sœsoria Salomonis verba accipienda) æternum judicium minetur, a Christo in N. T. citetur, & omnia librorum Canonicorum requisita in eo conveniant, de divina ipsius autoritate ne minimum suspereſt dubium. Tractationem vero præsentis Textus ita instituemus, ut per tres Sectiones mentem nostram proponamus, in prima nimirum Textum Exegetice inspiciemus, ut verum sensum inveniamus; in secunda mentem Salomonis per Anthropologiam eruemus; Denique, in tertia Controversias occurrentes perlustrabimus. Exit DEVS feliciter!

### Textus Hebraicus.

אֲשֶׁר עָוַר בְּקִטְשָׁה נִפְשׁוֹ וְלֹא מֵאַתְּתִי אֲדָם אֲחַד מֵאַתְּתִי  
וְאֲשֶׁה בְּכָל-אֵלֹהִים לֹא מֵאַתְּתִי :

LXX.



LXX. *vivalis versio.*

**Ο**ν ἐπεζηήτησεν ἡ ψυχὴ μου, καὶ ἐχ. ἔυρον,  
καὶ ἄνθρωπον ἓνα ἀπὸ χιλίων ἔυρον καὶ  
γυναῖκα ἐν πάσι τέτοις ἐχ. ἔυρον.

*Vulgata.*

**Q**uam adhuc quærit anima mea, & non inveni.  
Virum de mille unum reperi, mulierem ex  
omnibus non inveni.

*Versio ex Bibliis Germ. Norimbergæ A. 1483. (in Folio)*  
*impress.*

vers. 28. 29.

**S**ieh ditz hab ich funden sprach ecclesiastes.  
Einen. und den andern. das ich finde die  
vernunft die do noch suchet mein sel. und ich  
fand sein nit. Einen man von tausenten fand ich  
ein weyß. fand ich nit auf allen.

*Vers. Lutheri.*

**U**nd meine Seele suchet noch/ und hats nicht gefunden/  
unter tausend habe ich einen Menschen gefunden/  
aber kein Weib habe ich unter denen allen gefunden.

SECTIO I.  
EXEGETICA.

## §. I.

**N**on male MERCERVS olim de nostro Ecclesiate dice-  
bat, quod inter omnes Scripturæ libros sit obscuris simus.  
Unde & TALMVDICI narrant, Sapientes Ebraorum  
quæstuisse hunc librum occultare a posteris, quia quædam in eo hæ-  
retica,



retica, & inter se pugnantiã viderentur: Sed cum postea reperissent dictã de timore Domini, judicarunt eum omnium lectu dignissimum, ut affectus regere discerent. Cui iudicio fidem facere poterit locus, quem præ manibus habemus, qui profecto δυσνόητος est, eaque de causã interpretum ingenia non parum exercuit: interim de hominum ingenio ac moribus egregie nos instituit.

§. II. Connexio ejus cum antecedentibus facile apparet. Susceperat enim Salomo hoc capite docere, in omnibus esse finem respiciendum. Quam regulam moralem: τέλος ὄρεν, DIOGENES CYNIOVS Viro præclaro Athenis magno pretio publice vendidit, Laertio teste, id quod de DIONYSIO quoque, Rege Syracusano, & Imperatore DOMITIANO, legimus, qui uterque magno pretio hanc regulam redemisse, illaque vitam servasse, commemorantur. Hunc rerum finem, ejusque considerationem, Salomon proponit v. 9. eumque commendat iracundis v. 10. ut considerent, quid ira tandem post se trahat; afflictis v. 14. 15. ut finem calamitatum suarum expectent; injustis v. 16. sq. garrulis v. 22. libidinosi v. 27. quibus impudicam mulierem, cane pejus & angue, imo peste, reti & laqueo, vitandam svadet, quia innumeri viri, Salomon quoque ipse, earum illecebris decepti fuerint, quod pluribus explicat Prov. VII. 5. sqq. IX. 13. sqq. Hac occasione, ut mihi videtur, propius ad cognitionem sexus sequioris accedit, & monstrata malitia foeminae impudicæ, inquit in fontem istius malitiæ, nimirum naturam magnopere debilitatam, ob quam Petrus mulierem vocat σκῆνος ἀδενέσσεων, 1. Ep. III. 7. ubi Lutheri glossa margini apposita in Bibl. Germ. lectu digna occurrit. Has comparat hoc versu 29. cum viris, multoque difficiliorem esse inventu probam & prudentem feminam, quam Virum, esse docet, ut Jac. Tirinus ad h. l. scribit.



§. III. Enim vero quod B. Geierus suo in Commentario recte observat: Probe attendenda est oppositio horum verborum *Et versiculi precedentis*; Illic enim dicit, se aliquid certi invenisse, nempe mulierem libidinosam esse malum morte acerbius: hic vero ait, se occupatum adhuc esse circa aliquid, quod nondum in sollicita hac investigatione potuerit assequi vel invenire, mulierem nempe qua mulieris proba, sapientis, ac constantis, nomen vere mereatur. Ad sequentia ergo, non ad precedentia, respicit hoc nostrum membrum: adeoque melioris perspicuitatis causa suppleri saltem potest Pronomen Demonstrativum: Quod adhuc quaro *Et* **וְהוּא** est illud (nempe quod mox sequetur, parentibus quadam de viri unius inter mille inventionem praemissa.) KELLERVS in altera sua Disput. A. 1715. Jenæ ad h. l. habita §. 5. p. 10. hoc ita vertit: Id non inveni: Et sequenti §. 7. p. 14. de B. GEIERI versione ita censet: Tali modo sensui optime consulitur, si literam *ו* per id vertèrimus, *Et* non opus est, ut cum B. GEIERO Pronomen Demonstrativum **וְהוּא** suppleamus. Hoc enim pro varietate contextus variam admittit significationem. Nostram quoque confirmat versionem, si evolvamur similia exempla literam *ו* ad praecedens **וְהוּא** relata eodem in sensu exhibentia e. g. Gen. XLIV. 9. Ex. IX. 21. XXX. 33. 38. quam explicationem in his locis *Et* in Cobeletb. etiam in versu nostro, ipsa relatio Pronominis **וְהוּא** ad copulam *ו* facite manifestat *Et* comprobat. Sed enim B. GEIERI explicationem etiam Accentuum consideratio juvat. Silluk enim in fine precedentis versus ad **וְהוּא** positus indicat sensum completum & absolutum, novumque in sequentibus inchoari, ut Grammatici Ebraei norunt. Alias Atnach in medio hujus sequentis versus majorem haberet vim distinguendi, quam Silluk in fine praec. versiculi, & sequens verbum **וְהוּא** cum nomine **וְהוּא** non tam arcte cohereret, quam hoc **וְהוּא** cum praecedenti versu.

§. IV.



§. IV. De voce vero אָדָם notari debet, quod non solum sit proprium primi hominis *Gen. V. 3.* sed etiam appellativum omnium ejus posterorum & descendentium, imo nomen generale utriusque sexus, ea tamen diversitate, ut juxta Regulam Ebræorum *hoc nomen*, quando habet אַ articulum, semper sit appellativum. Vid *Schindl. in Lex. p. 25.* Et cum homo in integritate sua non permanserit, sed filius Adami, Seth, primogenitum אִישׁוֹתָא vocarit, i. e. hominem vilem, agrum, arumnosum, calamitosum, & variis miseriis obnoxium, hoc nomen cum אָדָם jam in filiis Adami æquipollet, ut nomen hominis jam memoriale sit omnis miseria. *Job. VII, 1. XIV, 1. XV. 14. Ps. IX, 21. XXXIX, 13. CIII, 15. Syr. XL, 1. Luc. V, 8. &c.* De tali vero homine Salomo non est sollicitus, cum ejusmodi filii Adæ ubivis sint obvii, sed quarit hominem κατ' ἐξοχήν, nimirum qualem DEVS primum creavit, rectum, ut *v. seq.* explicat, sapientem, pium, verum, & *dignum viri nomine*, non mancipium Satanae, servum vitiorum, & brutum magis, quam hominem, sed liberum, ingenuum, & virtuti deditum, virum strenuum, magnanimum, prudentem, fortem, ac virili animo præditum. Talem Salomo quarit per totum suum regnum, per totum orbem, per omnia retro secula, per omnia monumenta & scripta. Sed enim verum esse deprehendebat, quod Jobus scribit: *Quis dabit mundum ex immundo? ne unus quidem. Job. XIV, 4.* De Diogene legimus, quod Athenis in ipsa meridie, lucerna accensa, per plateas iverit, & interrogatus, quid quæreretur? responsum dederit: *Hominem quero*, scil. prudentem & virtute præditum. Salomon vero sapientissimus Regum lucerna verbi divini accensa, & lumine rationis sublimiori gradu in eo lucente, totum terrarum orbem ab Oriente ad Occidentem, a meridie ad septentrionem, a creatione ad



finem mundi perlustrat, nec tamen invenire potest, quod quarit. Namque ait, מֵאֶלֶף מֵאֶלֶף ex mille non inveni. Qui ut numerorum *maximus* & princeps precedenti *minimo* opponitur, ita & numerus certus ponitur pro incerto per Synecdochen, quæ Scripturæ S. sæpe est in usu. Conf. de hoc numero *Ex. XX, 6. XXXIV, 7. Es. LX, 20. Ps. LXXXIV, II. Deut. I, II. Job. IX, 3. Ps. CXIX, 72.* etiam Salomonî, *Eccl. VI, 3. 6. Cant. V, 10.* adeoque non præcise mille homines intelligit, nec plures, nec pauciores, sed multitudinem innuit, & respectum forte habet ad suos aulicos, servos, ministros & subditos, quorum indices ultra mille ei apparebant. Inter omnes hos sæpe vix unus erat, qui omnia sua dextre & iuste peragebat. Hoc sensu & profani scriptores locuti, e. g. *Vergilius in Epigr.*

*Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit unum  
Millibus e multis hominum consultus Apollo &c.*

& Catullus l. r.

*Veni omniis e meis amicis  
Antifans mihi millibus trecentis  
Venistine domum ad tuos penates &c.*

Dum hæc meditor, in mentem mihi venit denominatio urbium apud populum Israeliticum, quarum præcipuæ & maxima מֵאֶלֶף millenarii, seu *Chilades*, dictæ, quod nomen *Bethlehem* patriæ Messia tribuitur, *Mich. V, 2.* & *Opra* Gideonis patriæ itidem vocatur מֵאֶלֶף millenarius. *Jud. V, 15.* Quemadmodum igitur *Simeon* Hierosolymis ὁ ἀνθρώπος δίκυκος & εὐλαβής, tanquam rarum quid, & quasi miraculum producitur *Luc. II, 25.* ita non aberrare a vero putarim, qui Salomonem eo respexisse existimet.

§. V. In voce מֵאֶלֶף vero r.) præfixum (r) non est *copulativum*, ut *Arias Montanus* reddit, nec *relativum*, ut *Kellerus* l. c. in explicatione מֵאֶלֶף contendit, sed *adversativum* & notat



notat autem, vero &c. quia hæc sequentia antecedentibus tanquam distincta opponuntur. 2)  $\tau\omicron$   $\Psi\Omega$  non simpliciter notat fœminam, sed rectam, qualem DEUS creavit, v. seq. virtuti deditam, *Prov. XVIII. 28.* Et quemadmodum nomen  $\Omega$  ponitur pro  $\Psi$  Vir & notat sexum masculinum, quam significationem & Gr.  $\alpha\upsilon\delta\pi\omicron\tau\omicron\varsigma$  habet, ut legimus *Matth. XIX. 5. 10.* ita mulier a viro hic  $\Psi\Omega$ , virago, vocatur *eine Männin*, ut Lutherus vertit *Gen. II. 23.* ubi primum hoc nomen legitur, & notat proprie  $\Omega$  mulierem robustam, virilem, forti animo, quales fuere DEBORA, JVDITH, &c. sapientem, prudentem, *Prov. XIX, 14.* fidam, sanctam, sinceram, constantem, virtuti deditam, castam, & pudicam, & homini supra §. IV. delineato non dissimilem, breviter rectam & bonam, de quo nomine  $\Psi\Omega$  notandum, relativum esse ad  $\Psi$  & sexus nomen, frequentissime tamen uxorem significare, adeoque statum hominis conjugalem, & in  $\Psi\Omega$  atque  $\Psi\Omega$  contineri nomen DEI  $\Omega$  quibus literis demtis nil remanere nisi  $\Psi$  ignem. Et conjugium sine DEO nil aliud quoque est, nisi ignis & cruciatus. Talem Salomon in toto Gynæceo suo anxie disquirebat, in quo numerabantur 700. uxores & 300. concubinae, *1. Reg. XI, 3.* adeo ut mille quidem mulieres in aula regia aleret, verum de nulla id affirmare audebat, quod titulum veræ mulieris, qualem DEUS initio creavit, mereatur, neque virtuosis mulieribus Patriarcharum, qualis Sara, Rebecca, Rahel, Hanna &c. conformis esset, imo per totum regnum suum tam avide perfectum exemplar mulieris vere virtuosæ percontabatur, atque olim Artaxerxes, qui monitu Democriti triginta hominum nomina, qui per viginti annos nullam calamitatem experti essent, in amplissimo regno suo explorare iussit, vana spe lætatus, iis charissimam suam uxorem defunctam vitæ restitui posse. Sic h. l. fateri Salomon



cogitur: *Non inveni.* De virorum sexu contendebat quidem, unum vel alterum adhuc dari, at de sexu muliebri constanter negat, sibi talem occurriffe. Omnes scilicet, quarum contubernio ipse fuerat usus, obscurarunt gloriam Salomonis, quando eum varie plectstum ad libidines, & ad molliem, imo vero etiam ad deserendum verum veri DEI cultum, induxerant. Hoc erat *amarum illud*, de quo queritur v. 26. quod ejusmodi mulieres corda, ut retia & laquei, manus vero ut vincula, constringant.

§. VI. Restat **אֵלֶּה בְּכֹל** *in omnibus istis*, ubi **אֵלֶּה** tanquam pluralis non potest referri ad **אִשָּׁה**, quod est singulare, nec ad uxores eorum virorum, qui millenario inclusi, ut nonnulli eo respici posse conjiciunt, quia adhuc probandum, an omnes mille, de quibus Salomoni est sermo, uxores habuerint, de **אֵלֶּה** vero constat, quod sit nomen generale sexus foemini, & tam uxoribus, quam virginibus ac viduis competat. Hinc tantum refertur ad **אֵלֶּה** mille, quod ut commune est, ita & **אֵלֶּה** a quibusdam in genere masc. accipitur, & sic Hieronymus interpretatur: *Et in mille, ait, non quibuslibet, sed viris, quorum numerum mulier non potuit implere, & in mille, qui non appropinquaverunt ad mulierem, & propterea purissimi permanserunt, &c.* Alii vero malunt in foeminino reddere hoc sensu: *Mulierem vero (vere laudabilem & virtuosam) in omnibus illis (foeminis, quas in hoc maximo hominum numero observavi) non inveni.* Quam in sententiam PINEDA scribit: *Cum Pronomen Demonstrativum, quod est in Originali, sit utriusque generis, & vel masculini, vel foeminini, ut Hebraice scienti constare poterit, reddita est sententia anceps, ut vel dicat, in omnibus his mille mulieribus &c. aut, ut referatur ad mille viros, inter quos nulla integra & proba foemina reperta fuerit: Quod si vero masculinum*



linum esse placet, τὸν mille addendum est *hominum*, & sic de utroque sexu intelligere licet.

§. VII. Ultima quoque particula ἢ recte intelligenda est. Non enim notat *universalitatem negationis*, sed, juxta Lynam, *modicum* est, quod quasi nihil putatur. Et quemadmodum non sequitur, uno posito alios omnes excludi, cum mos Scripturæ sit, per Synecdochen certum numerum ponere pro incerto, unum pro paucis, ita Salomon vult, tam raram esse mulierem probam, ut uni respondeant mille improbae, & facilius inveniri virum prudentem, & virtute præditum, quam foeminam, sicut & magnus GEIERS in h. l. ita commentatur: *Si unam aliquam vere laudabilem foeminam velis reperire, majore numero quam millenario opus erit, ut ut enim corrupti quoque satis graviter sunt viri, ita ut inter mille vix adsit unus qualitercunque perfectus (ethice,) vel satis virtuosus; at tamen corruptio multo major deprehenditur in foeminis, quippe quarum ne millesima quoque proba est.* Adeoque non plane negat, dari mulierem probam, quam alibi potius laudat Prov. XII, 4. XVIII, 22. XIX, 14. XXXI, 10. seqq. sed de suo tempore, sua persona, & experientia, testatur, talem foeminam sese non reperisse. Unde GEIERS addit: *Notes tamen, non absolute hic negari ullam dari mulierem probam: (quorsum enim SARA, REBECCA, MARIA, &c.) sed eam saltem adeo raram esse dicit, ut uni proba respondeant ferme aliquot mille improbarum.* Alii dicunt, Salomonem loqui de experientia sua, quam habuerit e sua cum lascivis mulieribus consuetudine, aut, significari, astuta viri alicujus consilia & fraudes facilius intelligi, quam mulieris impudicæ, quæ sc. blanditiis suis mentem prorsus emoveat. *Of. IV, u.* ut *Polus* ex Anglis citat.

§. VIII.



§. VIII. Jam, quod ad sensum totius commatis attinet, valde dissentiunt interpretes. Sunt, qui hæc verba de primo homine, &  $\tau\delta$  אָדָם pro nomine proprio, accipiant, quorum *Pineda* in h. l. & *Corn. a Lapide*, faciunt mentionem. E recentioribus huic sententiæ subscripsit D. ZIEROLD in Cabbalisticis suis annot. Bibl. ubi literis  $\tau\delta$  אָדָם consideratis tandem concludit: *Weil nun Adam nach Gottes Bilde anfangs erschaffen war, so redet Salomon von ihm in diesem seinen guten Zustande, wie aus v. 29. erbhellet.* Si vero hoc sensu Salomonis verba accipienda sunt, tum non video, quomodo conciliari cum sequentibus possint, in quibus *fœminam se invenisse* negat. Adamo enim ne quidem in statu integritatis defuit uxor, utut ZIEROLDVS statum Evæ primigenium l. c. mire fugillet, ut suo loco videbimus.

§. IX. CHALDÆVS ABRAHAMVM a Salomone hic produci existimat. Postquam enim versum præc. ita reddidit: *Adspice hoc opus, quod inveni, dixit Ecclesiastes, contuli sidera unum cum altero, ut invenirem computationem filiorum hominum, & quid erit in extremis eorum; pergit hoc versu: Et non inveni Virum, perfectum & innocentem, absque corruptione, a diebus Adam, donec nasceretur Abraham justus, qui inventus est fidelis, & innocens inter mille reges congregatos ad faciendam turrin in Babel, & mulierem in omnibus illis uxoribus regum sicut Sar am non inveni.* Non minus profecto inepte, quam fabulose. Nam nec *Chronologia* hunc sensum admittit, quum inter extractionem turris Babylonica, & ætatem Abrahami, temporis intervallum sat ingens intercesserit; nec *Patrologia*, secundum quam sancti duumviri ante diluvium HENOCHVS, scilicet & NOACHVS, ab ista laude non excludendi fuissent. Hinc MARCKIVS in Exerc. sua ad h. l. scribit: *Aequè in isto hominum proposito numero potuisset & debuisset Sar am*



*Saram quam Abrahamum reperire Salomo, nec mulieres cum Sara, sed cum Eva conferre, ubi Abrahamum cum Adamo conferebat.*

§. X. Interpretes alii hunc locum de femine Abrahami, nimirum Christo, accipiunt, utpote Auctor Glossæ ordinariæ, Albinus, Salonius aliique, a LORINO citati. E Calvinianis Altingius pariter ad Christum refert. P. DAMIANVS Ep. III. c. 4. *Christus est Electus ex millibus, de quo Salomon, Virum, inquit, de mille unum reperi: Millenarius quippe numerus totius generis est intelligenda perfectio, in quo Salvator tanquam passer est unicus in edificio.* Cornelius a Lap. postquam sensum hujus loci *Grammaticum, sive superficiale[m] corticis literæ,* uti vocat, posuit, progreditur ad medullam arcanam hic latentem, seu sensum reconditum, & sublimitem de Christo, qui non tam mysticus sit, quam literalis, & quidem parabolicus sive ænigmaticus: *Est enim inquit, ænigmatica Prophetia de Christo. Plane enim ænigmatis speciem habet Tò virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni. Unde addit se laborasse, ut inveniret rationem, quam adhuc, inquit, quarit anima mea, & non invenit, uti solet ænigmatis explicatio & solutio queri.* Huic etiam subdit: *Et quis cognovit solutionem verbi? puta hujus ænigmatis de verbo DEI incarnando. Quid enim ingeniosus Verbi incarnatione, in qua stupenda & divina arte æternus Pater Verbum carni, DEVM homini, cælum terre, clementiam justitiæ associavit? Sicut ergo Salomon de Christi incarnatione, passione, redemptione, & resurrectione ænigma proposuit Prov. XXX. 4. 19. &c. sic idem h. l. simile ænigma de Christo proponit dicens: Virum de mille unum reperi. Hoc enim proprie soli Christo competit, Christus enim solus est unus vir, cui nullus in natura, persona, gratia & gloria æquari vel assimilari potest. Ipse enim est Deus bo-*



mo; quare ejus humanitas subsistit in persona non humana, sed divina Verbi. Hoc enim est magnum pietatis Sacramentum. Ipse enim solus & alter novus Adam, sicut docet Apostolus. Rom. V, 14. 1. Cor. XV, 47. Et post pauca: Denique Christus solus est unus e mille i. e. electus ex omnibus hominibus ad salutem ut sit Salvator mundi. Unde sponsa ei accinit Cant. V, 10. Nihil horum ulli alteri competit, imo nec B. Virgini. Unde addit Salomon: Mulierem in omnibus non inveni, que seil. instar Ade immediate a DEO creata rectitudinem & sanctitatem habeat ex vi natiuitatis sue, ut eam in alios transfundat, sitque omnium redemptrix, justificatrix, salvatrix, nulla enim talis est mulier, ne quidem B. Virgo. Citat quoque PINEDAM, HVGONEM CARDINALEM, S. THEODORICVM, THEODORVM, CARVM, qui Clarissimum illum Chiliarcbam Ecclesie sponsum electum ex millibus i. e. inter omnes Adami posteros omnis peccati expertem, intelligerent, mulierem autem ex omnibus nullam, ac ne unam quidem Virginem DEI matrem ab originali saltem culpa exemptam vellent. LORINVS quoque in h. l. fatis imprudenter dicit: Salomonis effatum credi debuisse usque ad id tempus, quo Salomon scribebat: postea non solum Christum hominem simul & DEUM, sed propter honorem ipsius matrem ejus ab omni immunem fuisse etiam originali peccato. Quod quidem ratione Christi manifestum est, sed respectu matris ipsi affirmantes in probando hæsitant. Hinc & CORN. a LAPIDE ingenue fatetur, sententia Salomonica ad eam rem accommodationem prorsus esse voluntariam, legitimum ipsum & genuinum sensum longissime distare, ejusmodi allegoriam a nemine Patrum neque leviter indicatam, nedum agnitam, curiose tantum a predictis Autoribus huic loco vel applicatam vel affectam. Jam vero notum, quantum sensus allegoricus a literali differat. JAC. ALTINGIVS, citante MARIKO Diss. I. Hept. IV. §. 7. in h. l. scribit:



scribit: Unus ille inter mares nequit esse Adam, qualis creatus, nam sic quoque unam inter mulieres reperisset Evam, que pari bonitate & perfectione a DEO conditore fuit dotata, quod docet illico v. 29. culpam pravitatis a DEO removens &c. & v. 20. affirmarat de universis: Non est homo justus in terra &c. Unus igitur ille inter mares integer vita scelerisque purus nequit esse de ordinaria stirpe, ex qua immunda nemo mundus dari potest. Job. XIV, 4. Sed originis extraordinaria, quem promissio patefecerat, Semen illud mulieris, & quem in Cantico ut excellentem dotibus predicavit Salomon, Messias. Hic enim unus est ex mille, & prater ipsum in universo genere humano sexus tum virilis tum muliebris nemo. accedit singularitas muneris, quo respectu unus est de omnibus, & prater eum non datur secundus. Unus in caelo, Gen. III. 22. Unus in terra, 1. Tim. II, 5. At ipse MARCKIVS in Exerct. sua XXIV, inter loca Salomonis propheticæ ad Messiam tracta, & hunc examinat, probatque §. 4. quod ista Exegesis non tantum a veteribus fere sit pratermissa, sed & paucis inter recentiores probata. Concedit equidem Christum indubie esse Adamum, hominem, virum, eumque sapientem, justum, integrum, unum & primum, ex & prae omni multitudine hominum. Job. XXXIII. 23. Concedit itidem, Salomonem sapientissimum Vatem in omnibus suis libris de Messia agere, nimirum Prov. VIII, 1. XXX, 4. Cant. V, 10. Eccl. XII, 11. &c. denique per eundem licet, ut quis, argumentis certis pervasus, hunc locum de Christo intelligat, sensu non tantum mystico & Allegorico, sed etiam literali; probat tamen fundamentis non contemnendis, Salomonem hic proprie non agere de Messia, sed de inquisitione sapientiae civilis in conversatione humana. Totum quippe hunc librum, & maxime hoc Caput VIII, multas morum regulas continere.



§. XI. Multo minus eorum sententia subsistit, qui, pro diversitate ingenii, Allegorias, & tropos hic quærunt, utpote HIERONYMVS, qui hunc l. sic accipit, Salomonem nullum reperisse *cogitatum purum*, ac viri dignum nomine, & non aliquo modo perturbatum, & effœminatum, vel viros i. e. cogitationes vix puras: mulieres i. e. opera, quæ per corpus exercentur, aliquo semper errore commixta esse.

§. XII. Inter nostros Interpretes B. D. N. D. S. E. B. SCHMIDTUS, celeberrimus Theologus Argentoratensis, singularem plane circa hunc textum fovet sententiam. Per *virum* enim intelligit Salomonem ipsum, per *mulierem* pravam concupiscentiam, & peccatum Originale,  $\tau\omicron\delta$  quoque in  $\text{מִלְּמֵהָאָדָמָה}$  sumit sensu Comparativo, ut significet *Præ, Plus quam, τὸ ἄλλο* denique ut Nominativum accipit. *Cum enim in Scriptura hoc non insolitum sit, ut res sub personis mulieribus represententur, mavult mulierem hoc loco improprie quam proprie accipi, ita ut nihil aliud sit, quam corruptio humana s. peccatum Originis quod imprimis in concupiscentia prava consistit. Hoc namque prava ad quævis peccata alliciens iudicio ejus optime cum muliere impudica & ad impudicitiam seducente comparatur.* Unde in prima persona loqui Ecclesiasten putat, & præsupposito, quod  $\tau\omicron\delta$  ego in verbo  $\text{מִלְּמֵהָאָדָמָה}$  includatur, hoc modo vertendum esse statuit: *Homo unus præ mille (i. e. alias multa) inveni; sed mulierem eam in omnibus illis non inveni. Quod ita explicat: Quanquam alias tam sapiens sum, ut unus invenerim multa, quæ mille alii sapientes invenire nequiverunt, tamen mulierem istam per omnia perscrutari non potui. Et porro: Ego Ecclesiastes, homo unus, sed qui in aliis abstrusis sublimissimisque rebus id inveni per magna summa sapientiæ dona, quod mille alii, imo vero omnes homines invenire non potuerunt, tamen per omnia sapientiæ meæ ista dona, & inter omnia ista, quæ inveni, mulierem*



*liorem istam dictam non potui per omnia invenire & perscrutari.*  
 Optime quidem hæc in thesi dicuntur: at, salva existimatione tanti Theologi, non video, quomodo in hypothesei ad præsentem locum applicatio fieri possit. Quanquam enim non negandum, peccatum originale dari, quod patet ex Gen. VIII, 22. Pf. XIV, 2. 3. LI, 7. Job. XIV, 4. Jer. XVII, 9. Joh. III, 5. 6. Rom. V, 12. Eph. II, 5. &c. attamen, quod hic de eo agat Salomon, merito dubitandum, quia a sensu literali verborum præter necessitatem non recedendum est, mulieri quoque homo opponitur, & verbum מִצְנֵתִי indubie Accusativum regit. Accedit, quod Salomon in ipsa pœnitentiæ suæ significatione vix ausus fuerit, tot aliis se anteferre, ut potius verecunde infra alios se demittere voluerit. Ut alias rationes nunc taceamus.

§. XIII. D. Zieroldus in nott. p. 461. sqq. hanc inauditam & portentosam profert explicationem: אֵת Das ist die Sache oder Schluß wenn die א Bewegung aller כ Kräfte  $\gamma$  hervorgebet, und also aus allender Schluß gemacht wird. --- עוֹךְ noch. So tieff grabet die Weisheit, daß sie das unendliche Verderben vorstelle. -- בְּקִשְׁתִּי suchet fleissig meine Seele, wie v. 28. gesagt worden, --- das will nun kein Ende nehmen. Was ein Weib vor Stricke und Bande habe, ist unbeschreiblich, bat man gleich was erforschet, so ist doch bey weiten nicht gnung. אֵשֶׁי meine Seele. Der א Fluß der ה innersten Kräfte כ, und also ist es ein recht innigliches ernstes Nachforschen. מִצְנֵתִי אֵל וּלְאֵל וְלֹא מָצָאתִי und hab es nicht gefunden. Die himmlische Weisheit offenbaret nicht alles auff einmahl &c. אֵת was Adam anbelanget, den Menschen welchen Gott v. 29. nach seinem Ebenbild erschaffen, dessen א Bewegung,  $\gamma$  stund offen und blühete, in א Sanftmuth und Gelindigkeit, also war er ein rechter Adam sanftmüthiger gelinder Mensch, voller Humanität, Gelindigkeit und Leutseligkeit.



☞ **B** heißt Blut, wenn da **T** blühet oder sich öffnet das ☞  
 Wasser und sich **N** bewegt durch den Geist **N** welcher sein Le-  
 ben ist, daher heißt es die blühende Blume des Blutes &c.  
 Quas nugas ubi recito, alterum quendam Jac. Böhmius  
 audire mihi videor, qui in Aurora c. 8. p. 151. scribit: Ver-  
 stehe nur deine Mutter Sprache recht, du hast so tiefen  
 Grund darinnen, als in den Hebräischen, oder Lateinischen --  
 Siehe das Wort BARM ist nur auff deinen Lippen, und wenn  
 du sprichst BARM, so machst du das Maul zu, und murrest  
 hinten nach, und das ist die herbe Qualität, die umschleußt das  
 Wort, d. i. Sie zusammen figuriret das Wort, daß es hart  
 wird und schaltet; und die bittere Qualität zerscheidet es,  
 das ist, wenn du sprichst BAR, so kömmt der letzte Buch-  
 stabe R, und murret als ein zitternder Odem, und das thut  
 die bitre Qualität, die ist zitternde. Nun ist aber das Wort  
 BARM ein todt unverständlich Wort, das niemand versteht,  
 das bedeutet, daß die 2. Qualitäten herbe, und bittere, ein  
 hart, dunckel, kalt, und bitter Wesen sind, die kein Licht in sich  
 haben, drum kan man ihre Krafft ausserhalb der Liebe nicht  
 verstehen. Wenn man aber spricht BARMHERTZIG, so drucket  
 man die andere Sylben HERTZ aus der Tiefe des Leibes aus  
 den Herten, denn der Geist spricht das Wort HERTZ aus,  
 der sich aus der Höben des Hertzens empöret, in welchem das  
 Licht ausgehet, und quillet. Nun siehe, wenn du sprichst  
 BARM, so figuriren die 2wo Qualitäten herbe, und bitter das  
 Wort BARM gar langsam zusammen, denn es ist eine lange  
 ohnmächtige Sylbe, von wegen der Qualitäten Schwachheit.  
 Wenn du aber sprichst HERTZ so fähret der Geist in dem Wort  
 HERTZ geschwind wie ein Blitz heraus, und giebt der Worte  
 Unterscheid, und Verstand, wenn du aber sprichst IG, so hörest  
 du den Geist mitten in den andern zweyen Qualitäten, daffer  
 muß darin bleiben, und das Wort formiren. Hac Böhmius,  
 a quo



a quo artificium illud Cabbalisticum didicisse, & in Ebraea quoque literatura, sed ineptissime, tentare voluisse Doctor ille profundus videtur, qui post superius adducta ita pergit: **אֶתְּ** einen, nicht mehr, da vereiniget war **אֶתְּ** in ihm **אֶתְּ** die Bewegung der offenen Blute **אֶתְּ** und er also noch allein war, ebe noch mehr Menschen auff Erden kamen. **אֶתְּ** aus tausend **אֶתְּ** aus der grossen freyen **אֶתְּ** auffsteigenden **אֶתְּ** alles einfassenden **אֶתְּ** und in sich schliessenden Menge, das ist aus dem gantzen Hauffen, oder Zahl aller. Es ist hier die Rede von den Menschen, wie sie alle von Natur beschaffen sind, da sind sie alle Sünder, und heist es: Den einigen Menschen von allen. **אֶתְּ** hab ich gefunden. Da ich wie mein Vater David alle untersucht, habe ich keinen einigen gerechten klugen und weisen gefunden, der solches nach dem Sündenfall von Natur wäre; Aber ich habe endlich im Suchen gefunden und erfahren, daß der einige Adam vor dem Fall heilig und gerecht erschaffen worden. **אֶתְּ** und ein Weib **אֶתְּ** heist ein feuriger Mann, kömmt überein mit **אֶתְּ** Feuer. Daber kömmt **אֶתְּ** das Weib, ein Feuer-Rad, welches **אֶתְּ** sich ausbreitet in die Fruchbarkeit. Also heist es hier nicht mehr Adam, das sanfte Leben der Demuth, sondern **אֶתְּ** das starcke Feuer-Rad, daber **אֶתְּ** kömmt, das gelinde Feuer, welches zwar ein Licht lieblich ist, aber dennoch aus der Wurtzel des Feuers kömmt. Eva sprach Gen. III. **אֶתְּ** die Schlange **אֶתְּ** entzündet mich, nahm mich gefangen mit der bösen Luft, welches tödtliche Giffi mich feurig gemacht und entzündet. Und so wurd **אֶתְּ** der feurige Mann und **אֶתְּ** das feurige Weib, welches GOTT deswegen erschaffen, damit der Mann nicht in des Feuers Gewalt verbleiben und dem Satan gar beimfallen möchte &c. **אֶתְּ** in allen diesen **אֶתְּ** in allen Weibern, wie sie von Natur sind, ist Gottes Ebenbild nicht zu finden. Daber sind natürlich Weiber voller Hochmuth, Geitz und Unzucht,



zucht, geneigt und leicht zu aller Abgötterey. **לְחַטְאוֹתָי** hab ich nicht funden, weder die Eva noch einige andere, denn Adam ist nicht vorher verführt worden, sondern die verführte Frau ist schon in der Verführung gemacht, nachdem Adam schon im Schlaf gefallen, und inwendig gefallen war. Weil nun Eva zur Zeit, da Adam ganz vollkommen war, noch nicht von Adam genommen, oder besonders gemacht war, so sagt auch Salomon, daß kein Weib jemahls so vollkommen gewesen, als Adam, da er noch allein war, ehe er noch innerlich gefallen. Und also wird die Schöpfung Eve hiermit deutlich erleutert, daher dieser Ort leicht zu verstehen, da es sonst denen Auslegern unmöglich gefallen ist, denselben rechtschaffen zu erklären.

§. XIV. Marckius in Exerc. sua ad h. l. §. XII. præcipue attendi postulat, annon præstet **אֶחָד מֵאֲלֵף**, sive *unum*, sive *primum ex mille*, habere pro epitheto spectante ad nomen **אֲדָמָה** seu *Viri*, seu potius *bominis*, quam nudum hoc nomen relinquere, quod, tum bonis tum malis commune sit, nec illam subjecti conditionem quam Salomo spectavit, clare exprimat. Nec enim h. l. dici, ex *quanto hominum numero*, sibi occurrente, Salomon repererit unum talem hominem, qualem quærebat, sed *quam eximium* ille *bominem* invenerit, qui scilicet proverbiali locutione fuerit tanquam *unus*, vel etiam *primus ex mille*, aut *instar mille* aliorum, intuitu excellentis virtutis. Ita phrasin illam cum **אֶחָד מֵאֲלֵף** in textu proxime coharere, & sensum planum reddere. Id enim Salomonem docere velle, se invenisse homines non uno nomine *præstantissimos*, qui singuli sint velut *unus*, aut *primus ex mille*, inter eos autem nullam se reperisse *mulierem* h. e. vel *unam* quandam, vel etiam *plures*, Viris istis summis, & præstantissimis *pares*, vel saltem *tot* excellentes *feminas*, quot excellentes *Viros* sese



sefe non invenisse. Posteriores hanc negationem, quæ a stylo scripturæ, quod patet ex collat. *Job. VI, 27. & Matth. XII, 7.* non abhorreat, nihil inferre, quod vel veritati, vel sexus feminei existimationi adversum sit, quippe qui, ut sequior, & imbecillior, tot numero excellentes & præstantes personas, quot potior, & masculus sexus, exhibere utique non possit. Neque etiam propterea secuturum, rarissimas, ac prope nullas, inter feminas, virtute præstare, quum non multitudo præstantium *simpliciter*, sed solum *tanta, quanta sit inter Viros*, de feminis negetur. Si vero quis omnino statuere velit, negasse Salomonem, quod inter homines præstantissimos, vel *quasdam*, vel *unam* solum modo feminam invenerit, tum vero necessario recurendum esse ad *hyperbolem*, talis ut emergat sententia: Se vix, ac ne vix quidem, in magno præstantissimorum hominum numero reperisse feminas paucas, imo ne quidem unam, quum omnes, quos invenerit præstantes, fuerint Viri.

§. XV. Nos priorem *Marckii* opinionem suo loco relinquimus: Posterior autem hæc, uti communior est, sic nobis probabilior videtur. Enimvero, ut *B. Geierus* connexionem monstrat, dixerat in præcedentibus Salomo, *se aliquid certi invenisse*, nempe *mulierem libidinosam esse malum morte acerbius*: hic vero ait, *se occupatum adhuc esse circa aliquid, quod nondum in sollicita hac investigatione potuerit assequi, vel invenire, mulierem nempe, qua mulieris probe sapientis ac constantis nomen mereatur*. Hoc nempe *Eccliasites* insinuat: facile esse, invenire mulierem libidinosam, arrogantem, imprudentem, stultam, *Job. II, 10.* & impiam: difficillimum vero, pudicam, humilem, sapientem & piam. Hoc probat per inductionem, quod vel *mille* homines suum in conspectum venerint, inter quos vix unum inve-

D

nire



nire potuerit, qui veri & recti hominis, seu viri, nomen meruerit, & qui tantum quomodocunque retulerit exemplum Adami primi, inter tot vero, aut etiam plures, ne unam quidem mulierem, quæ rectæ, i. e. bonæ, industriæ, prudentis, & piæ, titulum reipsa gesserit. Notandum vero דֹּרָם non denotare certum subjectum, aut personam, sed esse nomen commune, alias utriusque sexus, hic vero masculini, (quia opponitur foemino,) quoque adeo significat hominem, non qualemcunque, sed præstantem, rectum, sapientem, prudentem, virtute præditum, & DEO placentem; sicut הָשָׂא mulierem seu foeminam notat non vitiis & peccatis demersam, libidinofam, rixosam, seductentem, qualis Jobi uxor, Jeshabel, Herodias &c. sed virtuosam, castam, piam, & virilem animum in adversitatibus præ se ferentem. Quod etiam דֹּרָם אֶת הָשָׂא אֶת הָשָׂא deductum innuit. Sicut enim elegans respectus mutuus in utroque nomine est observandus, si quidem דֹּרָם de utroque sexu, הָשָׂא & הָשָׂא prædicatur, quia nempe unum habent Creatorem, unam naturam, unum Redemptorem, unam quoque habent expectare salutem; ita concordii animo Dei cultum, amorem, timorem, honorem, & studium virtutis præstare debent. At, quam rari proh! dolor sunt ejusmodi homines! Tempore diluvii per totum mundum, inter tot myriades hominum, vix unus Noach reperiatur justus coram DEO. Tempore Abrahami DEVS in Pentapolitana regione ne quidem decem justos reperiatur, sed unicum tantum e tot millibus, qui homines dicebantur, reliqui prope degenerarant in bestias. Nam ne uxor quidem Lothi mandatis DEI omnino obtemperavit, unde in statuam salis conversa fuit, nec filiae ambae in peccando multum dissimiles fuerunt, quippe quæ senem patrem non tantum ad ebrietatem, sed & incestum, se-

duxe-



duxerunt, adeo ut nulla t. t. mulierum reperta fuerit, quæ iusta, casta, & virtuti constanter dedita esset. Sic & aliis seculis e. g. Davidis, Salomonis, Achabi &c. hoc effatum a veritate comprobatum fuit, ut Sancti de eo querelas hinc inde emiserint. *1. Reg. XIX, 10. 14. Ps. XII, 2. XIV, 3.* &c. Docet hinc Salomo ipse experientia edoctus, rarum esse virum probum, & rectum, verumque Phœnicem, sed adhuc rariorem mulierem virtuosam, continentem, & ad naturæ institutæ indolem propius accedentem. Unde graviter monet, ut omnes tam juvenes, quam senes a prava consuetudine & voluptuosa conversatione cum Syrenibus hisce abstineant. Nam

*Adam, Lotb, Simson, Petrum, David, Salomonem,*

*Fœmina decepit, quis modo tutus erit?*

Hunc *literalem* sensum (*tropologicum* supra dedimus) etiam Hieronymus ad *b. l.* comprobat; *Cum vix, in-*quiens, *paucos de Viris bonos invenerim, ita ut de mille unum invenire potuerim, mulierem bonam omnino invenire non potui. Omnes me enim ad luxuriam, & non ad virtutem, deduxerunt.* Et cum mulier pronior ad lapsum & peccatum sit, quam Vir, hinc Petrus eam vocat vas infirmius, *1. Ep. III, 7.* In libro Apocrypho quidem, nimirum *3. Esdr. IV, 32. 34.* mulieres deprædicantur viris fortiores: verum quoad astutiam, & seductionem ad malum, ut contextus *l. c.* monstrat. Et propter hanc infirmitatem DEVS quoque mulieres in Ecclesia tacere voluit. *1. Cor. XIV, 34. 1. Timoth. I, 12.* quanquam interdum extraordinarie per infirmas mulieres potentiam suam exercere non desinat, *2. Cor. XII, 9.* cuius rei testes sunt Debora, Judith, Maria &c. Salomonis igitur intentio non est, sexui sequiori omnem denegare laudem & virtutem, sed potius mulieres probas, ut gemmam ac thesaurum rarum & carum, commendare, *Prov. XVIII, 22. XXXI, 10.* Namque & Petrus viris eas com-



mendat *1. Ep. III, 7.* quas ad *αὐτογνωσίαν* adducturus, speculum iis fragilitatis & imbecillitatis suæ proponit, easque ad indefessum studium acquirendi verum mundum muliebrem, *1. Petr. III, 4.* hortatur & excitat. Quidam hic mulierem intelligi volunt, prout est in statu naturali, quatenus est irrogenita, sed absque fundamento. Hoc enim posito, vir quoque hoc in statu considerandus esset, in quo nec unus inter omnia millia hominum inveniri posset. *Pf. XIV, 3.* Optime Geierus noster sensum hujus textus sequentem elicit: *Ego Rex, cum multos omnino circa me haberem aulicos, multos etiam subditos alios, quibuscum quotidie res mihi erat, ita, ut scrutinium ingeniorum satis commode potuerim instituere, deprehendi equidem, in tanta multitudine occurrere quandoque unum, qui Hominis aut Viri nomen recte mereatur, quippe qui sit sapiens, affectuum suorum Dominus, taciturnus, constans &c. Verum in tanta mulierum multitudine, quam itidem in Gynæceo meo sustentavi, nullam tamen hætenus invenire potui, quæ eo modo hominis nomen recte tueatur, h. e. quæ sit sapiens, affectuum domina, vanitatum contemtrix, taciturna, constans, laboriosa &c. Si unam aliquam vere laudabilem fæminam velis reperire, majore numero quam millenario erit opus. Ut ut enim corrupti quoque satis graviter sint viri, ita, ut inter mille vix adfit unus qualitercunque perfectus (ethice) vel satis virtuosus; at tamen corruptio multo major deprehenditur in fæminis, quippe quarum ne millesima quoque proba est. Hac optime quadrant cum iis, quæ B. LUTHERVS tum in marg. ad h. l. tum alibi ad hunc textum monet. Addo, quæ *Corn. a Lapide* in h. l. commentatur: *Habuit, inquit, Salomon mille uxores concubinas, e quibus nullam reperit viraginem castam, prudentem & sapientem, sed omnes ilices ad luxuriam & idololatram. Intellige ergo hæc de mulieribus Salomonis, quod**



quod sc. ipse spectata & deprehensa feminea natura mollitie, inconstantia, imprudentia, pronitate ad luxuriam, aliisque vitiiis femineis inter suas nullam invenerit viraginem, sapientem, pudicam, constantem. Non negat tamen, alios alibi tales invenisse, vel inventuros esse &c.

## SECTIO II. EAQVE DOGMATICA.


### §. I.

**V**isa sic Autorum varia de verbis Salomoneis sententia, erutoque sensu literali, & commodo, progredior nunc ad dogma immediate ex iis profluens, & hactenus a nemine, quantum mihi constat, pertractatum, nim: *Ἀνθρωπολογίαν* SALOMONEAM. Et quemadmodum Sapientia divina, seu Theologia universalis, tres complectitur partes, *Theologiam* scil. specialem & proprie dictam, quæ versatur circa cognitionem *DEI* trinunius, *Christologiam*, quæ circa *Mediatorem* occupatur, & *Ἀνθρωπολογίαν*, seu considerationem *hominis*; ita videmus, Salomonem toto hoc libro potissimum res sublunares & Theologiam naturalem pertractare, nostro vero commate *ἄνθρωπολογίαν*, quæ nihil aliud est, quam Christiana *Ἀυτογνωσίαν*, quam Gentiles tanquam *Γεῖον τι* coluere, aureis inscriptam literis Fano Delphico, & quam *AVGVSTINVS* quotidiana sua precatione a *DEO* quæsivit: *O Domine, da mihi nosse te, & nosse me!* Est autem vel *Philosophica* & *Physica*, qua homo consideratur quoad partes suas essentielles, corpus & animam, & non est hujus loci; vel *Theologica* & *divina*, quæ hominem sistit in diverso suo statu, quam *B. Meisn.* in aurea sua Anthropologia sacra Disp. I. Proœm. §. 6. ita commendat: *Quanto magis in cognitione*



nostri proficimus, tanto propius ad cognitionem DEI accedimus. Quo penitius nos introspicimus, eo ardentius ad Christum confugimus. Non potest precipitari in superbiam, qui suam semper considerat miseriam; non desperabit de culpa, qui cogitabit de gratia, non turbabitur ob ignominiam, qui futuram hominis perpendit gloriam. Ita igitur cognitio sui ipsius omnium est scientiarum Regina, omnium virtutum Theologicarum officina. Et hanc Salomo intendit in Textu nostro.

§. II. Quanquam vero status hominis diversimode accipitur, ut nonnulli numerent *quintuplicem*, nim. integrum, corruptum, restauratum, glorificatum, & damnatum, sive innocentiae, miseriae, gratiae, gloriae, & ignominiae: alii *quadruplicem*, integritatis, transgressionis, reparationis, & aeternae glorificationis, seu Effectio- nis, Refectionis, & Perfectionis; attamen cum Anthropologia in Theologia Viatorum hominem consideret in vita praesente, hinc non nisi tres proprie dantur status, utpote *natura instituta, destituta, & restituta, seu Effectio- nis, Defectionis, & Refectionis*, quae vestigia & Salomon in verbis nostris monstrat, ut ordine videbimus.

§. III. Primus itaque status hominis fuit *Effectio- nis*, seu *natura instituta*, quam deplorare tam justum nobis foret, quam Senioribus illis Judaeorum, qui post reditum e captivitate Babylonica largas fundebant lachrymas in fundatione templi secundi, quod viderant *Esr. III, 12*. Sic status primavi Salomo gemebundus recordatur, tum hoc verfu voce  quod nomen Creator homini indidit mox post creationem ante lapsum, ut memoria esset imaginis divinae *Gen. II, 7*. tum vers. seq. 30. ubi dicit: *DEVM fecisse hominem rectum*. Haec restitudo nihil aliud est, quam *Imago divina*, ad quam DEVS hominem condidit, & oppo-



opponitur tortuositati errorum, atque vitiorum, aliisque defectuum generibus, sicut *Tirinus* Jes. in h. l. fatetur: *Homo cum rectus esset, expers fuit omnium questionum, seu iurgiorum, pugnarum, seditionum, rebellionum, intus & foris.* Et hanc imaginem Salomonem hic subinnuere, clare *Hieronymus* ad h. l. monet: *Ne videretur Salomon communem hominum damnare naturam, & DEVM Autorem malâ facere, dum talium conditor est, qui malum vitare non possunt, argute praeavit & ait: Bonos nos a DEO creatos.*

§. IV. Minime vero hic intelligitur Imago DEI essentialis, soli Filio DEI propria *Col. I, 15.* qui Patri *ὁμοούσιος* est; sed homo in statu suo primævo sic imitatus est suum Prototypum, & conformitatem cum Archetypo, Imago DEI dici posset, uti legimus *Gen. I, 26. seq. Sap. II, 23. Eph. IV, 24. Col. III, 10.* Nec enim cum novatoribus *formam, rationemque* Imaginis divinæ in *Communicatione idiomatum divinorum* ponere debemus, cum & hæc unionem cum DEO *personalem*, cuius expers fuit primus homo, supponat, atque huic præterea *infinitam*, omninoque *divinam* sapientiam, iustitiam, & sanctitatem inditam fuisse per creationem, sequatur, quod utriusque falsum est. Complectebatur potius hæc Imago, seu rectitudo, excellentes animæ & corporis qualitates. In anima enim quoad *Intellectum*, perfecta DEI scientia & sapientia ornata erat, eaque naturali, ad cognitionem voluntatis divinæ, *Col. III, 10.* non tamen tanta, quanta in vita æterna nobis est expectanda. *2. Cor. XIII, 12.* Hanc ipse *Plato* usque adeo agnovit, ut quoad res naturales in *Cratylo* suo dixerit, *eum, qui primo nomina rebus imposuerit, sapientissimum fuisse.* Quid vero dicturus fuisset, si notitiam primi hominis circa mysteria divina, & rerum supernaturalium, habuisset? Nec minus



minus idem ille homo rectissimus erat, quoad *Voluntatem*. Sicut enim Intellectus pollebat habitu veræ cognitionis tum DEI, tum sui ipsius, & omnium creaturarum; ita voluntas libere, & expedite, justa & bona, sine ullo motu contrario appetitus sensitivi appetebat & exequabatur illud, quod erat ab intellectu monstratum, quia voluntas hominis creati voluntati Creatoris exacte conformis erat, creatus enim erat *in iustitia & sanctitate*, Ephef. IV, 24. Unde & *primus homo non peccabilis fuit, non, ut non potuisset peccare, sed quia poterat non peccare*, dicente B. Scherzero in *Syst. Theol. de Homine integro*, p. 113. & in *Form. Conc. stricte dicta Art. de Peccato* docetur; *Hominem initio a DEO purum, sanctum & absque peccato fuisse conditum*. Rectitudo igitur voluntatis consistebat in concreata & naturali sanctitate hominis ad sanctitatem summam Creatoris in lege ipsius homini revelatam, quam ceu normam rectitudinis semper ob oculos habebat cum libertate, bonum, tum naturale, tum spirituale, perficendi, unde & DEVM potuit diligere ex toto corde, eique propriis obsequi viribus, sicut & ANDR. OSIANDER ex CHEMNITIO hæc verba: *DEVS fecit hominem rectum*, ita explicat: *Creavit DEVS hominem ad imaginem suam, qua fuit conformitas cum norma iustitie cum DEO, qua in lege divina patefacta est, ut sc. in tota mente, toto corde, tota voluntate in omnibus membris corporis & potentiis animæ essent vires (pro ratione presentis vitæ & status) integerrimæ & perfectissimæ ad agnitionem DEI, ejusque sicut & proximi ardentissimam & absolutissimam dilectionem &c.*

§. V. Huic rectitudini *voluntatis* subordinatus quoque erat in primo homine *Appetitus sensitivus*, quasi speculum divinæ castitatis, puritatis, atque integritatis, exactissimam virium superiorum & inferiorum harmoniam refe-



referens. Facultas siquidem locomotiva parebat appetitui, appetitus voluntati, voluntas rationi, ratio DEO. Hinc nuditas in primo homine nullum post se trahebat affectum inordinatum, ut *August. l. 14. de C. D. c. 1.* ait: *Nudi erant, & non confundebantur, non quod eis nuditas sua esset incognita, sed quia nondum libido membra illa præter arbitrium commovebat, nondum ad hominis inobedientiam redarguendam sua in obedientia caro testimonium quodammodo perhibebat.* Sic appetitus concupiscibilis, cibi, potus, & rei venerea, fuit ordinatus, & absque omni peccato. Comedisset nimirum homo, & bibisset, teste Scriptura, *Gen. 1, 29.* sed temperate; esuriisset & sitiisset, sed sine molestia; generasset, sed absque omni libidine. Imo nec appetitus proficibilis erat vitiosus, odium enim mali ex amore boni profluens nesciebat tristitiam, iram, timorem, & alios inordinatos affectus. Hæc omnia *B. Meisn. in Anthropol. Diff. I.* paucis comprehendit, inquiens: *Fuit summa integritas, Summa rectitudo, Summa harmonia in omnibus potentiis, sine difficultate, sine lucta, & sine omni rebellionem.*

§. VI. Restant circa hanc imaginem DEI, seu rectitudinem primi hominis, qualitates corporis quibus homo ornatus fuit, & communiter vocantur Conformitas cum DEO minus principalis, spectans partim ad ipsam corporis conditionem, quæ etsi quoad substantiam suam DEO, utpote incorporeo, assimilari non possit, attamen de nonnullis ejus perfectionibus, impassibilitate nimirum, pulchritudine & immortalitate participat; partim ad ea, quæ sunt extra hominem, siquidem vi hujus imaginis gaudebat dominio externo in Creaturas *Gen. 1, 26. 28.* & mansione amoenissima in paradiso.

§. VII. Etsi vero hæc omnia sunt in Scripturis fundata, non desunt tamen, qui eadem suis cavillationibus, &



commentis foedissime corrumpant. Ipsa vox אָדָם a Cabbalistis per explicationem literarum eo detorquetur, ac si lapsus hominis per eam insinuetur. אָדָם enim per Notaricon notare אָדָם cinerem, אָדָם sanguinem, & אָדָם amaritudinem, quia homo ab initio omnia haec continuerit, cinerem ob corruptibilitatem, sanguinem ob vitalitatem, & fel ob calamitatem. Vid. *Creguti Revel. Arcan. Cap. 28. p. 962.* Alii ex numero aequali nominis אָדָם & אָדָם nim. 45. deducunt affectatam aequalitatem primi hominis cum DEO, vid. STEVDNER. in *Alphet. Jud. p. 127.* vel renovationem Imaginis & conjunctionem hominis cum DEO. Quem quidem Insulam Cabbalisticum B. JO. BEN. CARPZOVIVS in *nott. ad Conc. fun. P. 1. p. 352. sq.* ex parte his prouit verbis: *Quod si homo conjunctus est superiori, seque DEO benedicto assimilatur, ambulando in viis ejus, vocatur ejus nomen proprie אָדָם ex illo Jesi. XIV, 14. Ez. I, 26. Quod si vero semet ipsum separat ab illa conjunctione, tunc vocatur אָדָם ab אָדָם, quod terram significat, a qua sumtus est.* Taceo aniles fabulas, & commenta, quae impudentissime proferunt, tam de *Adami corpore*, cui magnitudinem centum ulnarum, vid. *Raymundi Pugio fidei p. 447.* vel a terra usque ad coelum, & ab una extremitate mundi ad alteram, tribuunt, ut *Buxtorff. in lib. Cosm. p. 52.* e Rabb. allegat, unde & inter maximos Gigantes refertur ap. SCHINDL. in *Lex. voce אָדָם f. 25.* Alii Adamum monstrum fuisse fingunt ἀνδρογύστου; Alii eundem cum Eva dorso a creatione conjunctum, postea vero a DEO divisum fuisse somniant, ut *Voisin refert in nott. ap. Raymund. cit. p. 449. f. ed. nov. p. 560.* imo Adamum foede cum omnibus bestiis & animalibus coisse, diabolos quoque ex altera uxore, Liliti dicta, genuisse calumniantur, vid. *Reuchl. in Cabb. p. 626. apud Galatinum de Arc. Cath. ver. 3. Voisin l. c.*



in Procem. f. 25. Animam ejus fingunt migrasse in corpus Davidis, & ex hoc in Messiam, idque probant ex tribus literis אָדָם, quasi prima Adamum, secunda Davidem, tertia Mesiam denotet. Vid. *Quislorp. in nott. Bibl. ad Job. XXXIII, 29.* Negant insuper, Evam eodem perfectionis gradu, quo Adam creatam esse, nec Imaginem DEI mulieri inditam, ut BVXT. l. c. p. 52. notat. Mirandum itaque, Dn. D. ZIEROLDVM eorum vestigia sequi, dum in notis suis ad nostrum textum sic ait p. 468. seq. *Ob nun gleich viel gutes im Ebestande ist, auch Christus von einer Jungfrau ist geboren worden, der alles wieder zu recht bringet, so ist doch gewiß, daß Eva im Schlaf von dem Adam ist genommen worden, der NB. nicht mehr so gut war, als zuvor;,, daher denn Eva nicht in solchen Stande gewesen, wie Adam,, darum sagt hic Salomo, daß sie nicht so gut gewesen als Adam zuvor war, denn die böse Lust kam bald in sie, ob sie wohl anfangs aus Furcht vor GOTT nicht eufferlich zugriff, biß sie die Schlange reizete. Und also ist das Weib nicht so gut als Adam erst gewesen.* Quemadmodum vero Salomo v. 29. explicat, qualem Adamum hic intelligat, nim. *rectum*, quæ rectitudo in nullo alio mero homine, præter illum communem parentem, fuit; ita equidem hoc loco ad eum respicit, quatenus integer a DEO creatus erat, haud tamen hunc solum intelligit, nec nomen אָדָם ut proprium & personale accipi debet, alias enim per mulierem Evam intelligendam esse, eamque imagine divina caruisse, sequeretur; quin potius per אָדָם talis homo intelligendus est, qui primo illi in perfectione haud dissimilis. Sive enim hominem spectes in statu naturali, sive in statu regenerationis seu gratiæ, fieri certe non poterit, talem ut reperias, qui vel Politice vel Theologice primo Adamo æquari possit, ut inde appareat, quam rari sint inter



homines boni, & quomodo Imago DEI in primo tantum homine conspicua plane deperdita sit, quam jacturam Salomo deplorat. Quod autem præterea ZIEROLDVS fingit, Adamum a somno non perinde bonum, ut ante somnum fuisse, id prorsus fanaticum, & a JAC. BÖHMIO, GICHELIO, aliisque nostri temporis Quackeris, petitum, & si recte examinetur, in DEVM ipsum injurium est. Quum enim hic soporem ipsum Adamo immisisse dicatur Gen. II. qui poterit a causa inminutæ bonitatis absolvi, siquidem a somno, & ob somnum, Adamus minus fuit bonus, quam ante. Meminisse autem debuerat, DEVM hominem in genere, adeoque ratione utriusque sexus spectatum, suam ad imaginem, & similitudinem condere voluisse, & actu condidisse Gen. I, 26. 27. prout pluribus suo loco videbimus.

§. VII. *Statum naturæ institutæ & Effectiois sequitur statum naturæ destitutæ, & Defectionis*, quem optime *statum miserie & calamitatis* cum Syracide c. XL. 1. vocare possumus. In hoc proh dolor! degimus luctantes, lugentes & ut miseri viatores tendentes ad veram patriam, natantes, ceu naufragium passi, per fluctus maris hujus mortui. Hunc statum Salomo per totum hunc librum depingit, exclamans in principio: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, i. e. maxima & summa vanitas, & prorsus tota vanitas, ut LUTHERVS reddit. Inprimis hoc Cap. VII, 21. de homine dicit: *Non est justus homo in terra, qui faciat bonum & non peccet*, ubi de se & omnibus hominibus fatetur, neminem in iis esse justum & purum a peccato, qui faciat bonum & non peccet. Idque in Textu nostro latius deducit, ex quo B. GEIERS statum nostrum corruptum his verbis repræsentat: *Agnosce, inquit, hic summam humani generis corruptionem, ubi vix millesimus inter viros & ne mille*



*millesima quidem inter fœminas adeo probi sunt, ut hominis nomen (non quidem, qualem requirit imago primæva, sed qualem ratio recte judicans in Ethicis postulat) quodammodo tueri queant. Major tamen est fragilitas penes fœminas, quam viros. Etiam si enim una fortasse sit sedula, caret tamen taciturnitate, si hanc habeat (quod tamen vix crediderim) caret sapientia, & sic porro de virtutum reliquarum consortio. Et ad vers. 21. scribit: Universalem totius generis humani corruptionem hinc discere; corrupti enim sumus omnes, corrupti etiam sumus toti quoad omnes animæ nostræ vires; imo corrupti sumus adeo, ut justus in opere quoque bono non careat peccato &c.*

§. IIX. Est autem Corruptio ista non tantum privatio boni, sed & occupatio & inhaesio mali, ita ut loco imaginis divinæ, imago Diaboli, scil. peccatum, secutum sit, quo transformati ex filiis DEI facti sumus filii iræ. In locum sapientiæ ac lucis in mente successerunt errores & tenebræ, in voluntate, pro sanctitate, pronitas ad omne malum, rebellio, & inimicitia contra DEVM, Rom. VIII, 7. loco justitiæ originalis adest peccatum originis, etsi non est hominis substantia, sed substantiæ depravatio. Corpus amittit immortalitatem, & intravit mors cum corruptione; dominium in creaturas subsecuta est servitus: *Totum denique caput agrotat, totum cor languet.* Es. I. v. 6. Summa **אָרַב** factus est **אָנָשׁ** miser & abjectus.

§. IX. Indigitatur quoque status hic defectionis phrasi illa: *Quæsit anima mea &c.* Enim vero inquisitio illa, & quidem frustranea, testimonium est imperfectionis, & opus vanitatis. Quanquam enim Scriptura etiam de Deo dicat, quod intelligentes, i. e. vera sui cognitione imbutos, quærat, sed ne unum quidem inveniatur Ps. XIV, 2. hoc tamen *ὀνομαζόμενος* dictum *θεογονητός* est intelligendum, notatque DEI realem non modo deprehensionem, sed & deprehensionis publi-



publicam declarationem, qualis nempe adhiberi solet, ubi rem post ocularem inspectionem, talem vel talem invenimus.

§. X. Quemadmodum vero Salomo mulierem probam rariorem pronunciat viro probo, mulier quoque ante virum seducta est *1. Tim. II, 14.* ita videtur corruptio major in mulieribus quam in viris, esse. Quod & Scriptura confirmat *Prov. IX, 13. XXI, 9. XXVII, 15. XXX, 20. Syr. XXV, 9. sqq. XXVI, 10. seq.* & experientia testatur, malitiam in Jesabel majorem fuisse, quam in Achab, in Herodiade, quam in Herode. Diabolus quoque adhuc per incantationem, magiam, & fascinationem, scortationes, libidines, plures mulieres quam mares ad suas pertrahit partes. Et si Jesabelis idololatriam, Michalis & Vasthi superbiam, Delilæ perfidiam, Jobi uxoris impatientiam, Herodiadis crudelitatem, Semiramidis ambitionem, Tullia furorem, Cleopatæ prodigalitatem, Xantippæ iracundiam, Barbaræ Imperatricis lasciviam &c. cum innumeris aliis conjungas, dicto Salomonis veritatem constare patebit. Ne quid de iis hic afferam, quæ, physice quoque, in feminis non parum noxia esse, curiosi naturæ indagatores tradunt vid. SENNERT. *l. c. de febr. c. 3. p. 394.*

§. XI. Peculiarem circa hunc textum sententiam B. DN. D. SCHMIDII supra vidimus Sect. I. §. 20. qui per mulierem *Peccatum Originale* intelligit, & ultra citata addit: *Profunditatem mali originalis hisce Salomo docet emphaticissime, ostenditque, quod multo plura in recessu habeat, quam quæ hætenus dixerit esse tantum tamque profundum malum, quod nemo hominum perscrutari & exacte perquirere queat &c. Qui sensus, quatenus est accommodatitius, facile locum habere potest.*

§. XII. Restat denique tertia Anthropologiæ pars, nimirum status *Reflectionis, Restitutionis, Reparationis, Restau-*



*flaurationis, Gratia &c.* quia in eodem per Christum omnia restituuntur, quæ in Defectione sunt perdita, imò plus in Christo recuperavimus, quam in Adamo amisimus, ut Veteres dixerunt.

§. XIII. Hunc *reparationis vel refectionis statum* Salomoni non incognitum fuisse ex multis indiciis constat, & primo quidem ex *scopo* totius libri, de quo Commentatores consentiunt, esse publicam Confessionem pœnitentis Salomonis post lapsum, quemadmodum & David pater ipsius respicientiam in Psalmis suis pœnitentialibus publice declaraverit. Jam vero pœnitentia non est actio naturalis hominis *Jer. XXXI, 18. seq.*; sed, si *causam* & *originem* consideres, provenit ex viribus supernaturalibus in regeneratione homini collatis, quæ sufficiunt homini peccatori & idoneum eum reddunt, ut conversionis gratia instructus veram eliciat pœnitentiam, quam Salomon in hoc libro satis declarat, dum primis septem Capitibus Vanitatem hujus mundi deplorat, in reliquis vero ad veram felicitatem quærendam excitat, additis mediis & administris. Si *materiam*, ut ita loquamur, *constitutivam pœnitentiae* species, quæ est Contritio, & fides; si *formam*, quæ averfio est a malo peccati, & conversio ad DEVM, ejusque legem nobis propositam; si *finem*, qui est remissio peccatorum, justificatio & salvatio, attendas, omnia optime ex hoc libro possunt deduci, sicut & summam totius legis in fine libri *cap. XII, 13. seq.* complectitur, & sibi aliisque peccatoribus ad vitæ emendationem proponit.

§. XII. Deinde si caput hoc septimum consideramus, nihil aliud, quam veram *ἐπιδοκίμοσιν* in eo tractat, eamque commendat suppeditando media ad eam necessaria, quæ sunt mortis meditatio, fraterna correptio, iræ cohibitio, veræ sapientiæ comparatio, amor justitiæ, fuga impietatis.



pietatis, injuriarum condonatio, mulierum impudicarum vitatio &c. quas ordine recenset, & tanquam arborem bonam se his fructibus probat.

§. XV. Quod si textum nostrum penitus inspiciamus, manifesta reparationis vestigia inveniemus, dicendo enim: *quærit anima mea, & non inveni*, haud dubie jucunda recordatio quaesiti & inventi sui Dilectissimi ipsi in animum venit *Cant. III, 1. 2.* Quo loco Messiam intelligit consanguineum suum, quem anhelando desiderabat *Luc. X, 24.* quia certus erat, hunc sibi, aliisque hominibus, salutem perditam reparaturum esse. Hunc generalem peccatorum Consolatorem Salomon invenerat, ut in Cantico suo lætatur, cujus verba in N. T. quasi repetit Philippus exclamando: *Εὐρήκαμεν Ἰησοῦν Job. 1, 46.* feliciori motu & successu, quam olim *Archimedes*, qui arte separandi metalla inventa nudus e balneo in plateas profiliit & exclamavit: *Εὐρήκα, εὐρήκα;* & sicut Salomo peccata sua agnovit, & agnita detestatus est, qui primus gradus pœnitentiæ, ita Medicum suum quaesivit, quaesitum invenit, inventum sibi fide applicavit, & hac applicatione justificatus, renoyatus, & tandem sine dubio salvatus est.

§. XVI. Ad agnitionem Messia, tanquam primi & unici Autoris nostræ salutis pertinet quoque nomen  $\square$   $\square$   $\square$ , quod Filius DEI sibi appropriavit *Rom. V, 12. 1. Cor. XV, 15. 22. 45.* & quemadmodum Adam a rubedine nomen suum sortitus est, ita Christus, propter effusum sanguinem suum, est ille *rubicundus*, de quo *Cant. V, 10. Jes. LXIII, 2.* imo dum Adami nomen assumpsit, vera quoque & integra primi Adami humanitas hoc nomine indigitatur, *Ebr. II, 17. Job. 1, 14. Rom. IX, 5. 1. Tim. III, 16.* Vid. GLASSII *Christol. Dav. Onomat. Class. II. p. 27.* Hic est verus Adam, unicus homo in gratia, electus e millibus, imo universo genere



genere humano, mediator DEI & hominum, in quo vera & mera rectitudo & iustitia, adeo, ut ad omnes nos ea in justificatione redundet.

§. XVII. Sicut autem Christus Salvator est utriusque sexus humani, ita non tantum Virorum nomen sanctificavit, sed etiam mulierum, dum *semen mulieris* mox post lapsum seipsum vocavit, *Gen. III, 15.* quod primum Filii DEI incarnandi est nomen in Scriptura. Et quando Salomo mulierem vocat **אִשָּׁה**, quis non videt, respectum illum habere ad **אִשָּׁה יְהוָה** *Gen. IV, 1.* Adeoque maxima sexus sequioris consolatio est, quod denominationem suam non tantum a primo viro creato sortiatur, *Gen. II, 23.* sed etiam a Viro increato, nimirum Filio DEI. Jucundum insuper est, quod aliqui observant, Hominem in statu naturæ instituta vocatum esse **אִדָּם**, in natura destituta **אִנּוּשׁ**, in restituta **אִישׁ**, quia in Christo per redemptionem & justificationem perfecti evadimus viri. *Eph. IV, 13.*

§. XVIII. Taxat quoque Salomon h. l., quanquam tacite, peccatores vitam magis Cyclopicam quam humanam ducentes, & revocat ad saniolem mentem; item qui muliebrem magis, quam virilem habent animum, quo respicit *Lutherus* in marginalibus, & tales effœminati describuntur *Jer. LI, 30.* unde *Herodotus l. 9. c. 860.* refert, apud Persas omnium maximum opprobrium fuisse, si cui ignavia & muliebris timiditas objecta fuisset.

§. XIX. Et sic hanc Sectionem concludimus verbis B. JUSTI JONAE T. V. *Opp. Luth. Altenb. f. 118.* *Ex hac Conceptione Regia constare, quod doctrina nostra de fide & pietate vera non Lutherana tantum, sed etiam Salomonea sit, & semper summa Theologia, summa agnitio, summa & divinisima doctrina & Religio sub Sole fuerit, & futura sit.*



SECTIO III.  
POLEMICA.

## §. I.

**R**eliquum est, ut & Adversarios producamus, qui potissimum huic textui se opponunt, aut in eo interpretando hallucinantur. Quorum etsi magna copia se offert, tamen præcipuos tantum modo audiemus.

§. II. Antesignanum hujus cohortis jure vocamus *Anonymum* illum maledicum & maledictum, sive fuerit *Valens Acidalius Vratisl.* juxta *Placcium in Tr. de Anonymis detectis P. 2. p. 72.* sive alius, qui ausus est A. 1595. edere Dissertationem contra sexum muliebrem, & in ea probare, *mulieres non esse homines, nec ad imaginem DEI conditas, nec per Christum redemptas, adeoque nec futuræ resurrectionis, aut æternæ salutis participes.* Quod scriptum quidem nonnulli, ut apud *Placcium* l. c. videre est, pro ludicro & jocosò habent: At si hæc maxime ponamus, haud tamen absolvi auctor a malitia, & calumnia poterit, quod memor esse debuerat, quam periculosum sit, & Christiano indignum, tam vana, scurrilia, ludicra & scandalosa proferre. Eph. IV, 29. V, 4. Matth. XII, 36. XVIII, 7. &c. At seriam lucifuga sententiam fuisse, crediderunt Theologorum temporis cordatissimi, gravissimique. Quorum Ordo tam *Witteberge*, quam *Lipsiæ*, Refutationem virulentissimi hujus scripti in se suscepit. *D. Simon Gedicius* quoque, Concionator aulicus Electoris Brandenb. hunc abortum primo statim anno, Disputatione Lipsiæ habita, opprimere studuit, quos alii secuti sunt, interque eos *B. Laur. Drabinius* Superint. Chemniciensis in Concione nuptiali. &c. Dolendum autem, a muliere tale monstrum esse prognatum, quod ruditate sua brutum se potius, quam hominem esse prodit. Tales enim Conclusiones format, & hujusmodi argumenta profert, quæ ferula magis, quam operosa



rola responsione sunt digna: e.g. *Mulieres non vocari in Scriptura s. homines, sicut viri, sed tantum adiutorium s. instrumentum, uti malleus in manu fabri: Per unum hominem peccatum intrasse in mundum, nimirum per Adamum; mulierem esse gloriam viri, virum autem gloriam & imaginem DEI; mulieri in Ecclesia tacendum; non habere fidem salvificam, sed tantum historicam & diabolicam, unde non possit salvari; & licet in Historia Evangelica mentio fiat fidei Cananae, quam Christus salvam predicaverit, non tamen, nisi salutem corporalem intelligi, & sanitatem, quod inde probare conatur, quia Christus Canem appellet, nec aliter quoque tam hanc, quam Mariam Magdalenam, item Martham cum Sorore Maria, more canum, ad pedes Christi se demississe & penituisse; Paulum quidem dicere, Mulierem salvari per generationem, sed non nisi fecunditatem conjugalem intelligi, sterilitati apud Judaeos quasi infamiam oppositam; Mulieres tanquam non homines proprie non peccare, unde & remissione peccatorum non opus habere, nec circumcisionis foedere in V. T. fuisse dignas; Mulieres non resurrecturas, quia in caelo non futurum sit matrimonium; & licet Christus Luc. VIII. puellam resuscitaverit, tamen non vere fuisse mortuam, quia ipse dicat, dormire, & revixisse quoque tantum ad hanc vitam, quemadmodum & S. Germanus Episcopus Britanni mortuum asinum resuscitaverit. Christum post resurrectionem mulieribus primum apparuisse, non tantum hominibus, sed ob garrulitatem earum, ut ejus resurrectionis eo citius divulgaretur. Mariam matrem Christi hominem quidem fuisse, sed non natura, sed tantum gratia &c.) Horreo diabolicas calumnias, & blasphemias ulterius repetere, quibus infernalis Spiritus nihil aliud intentavit, quam operi Creatoris gloriam suam detrahere, & Christum nostrum suspectum reddere, quasi non sit verus Filius hominis, unde calumniatori os obstructum a praedictis Theologis, ut Meelfubrero in *Vind. Evang.* Walthero in *Post. Jurid.* p. 65. seq. & quamplurimis aliis.*



§. III. Prodit aurem Sycophanta, se magis Gentilium scripta legisse, quam verbum DEI. De *Simonide* enim notum, quam infensissimus hostis mulierum fuerit, ut eas malum necessarium, bestias contubernales, canes ornatas, dixerit. *Socrates* Xantippæ suæ malitia irritatus fœminas comparavit templo magnifice extructo, at super fundamentum sordidissimum. *Plato* dubius hæsit, annon fœminæ in bestiarum classem essent referendæ, Diisque inter alia quoque gratias egit, quod mas, non fœmina, natus esset. *Aristoteles* fœminam pro deliquio naturæ, imperfecta creatura habens hominem occasionatum expresse profiteatur. *Diogenem*, *Phocylidem*, & alios calumniatores prætereo, quos filius hic tenebrarum magis secutus est, quam vestigia Scripturæ S. Et crassissimum falsum est, si quis hoc loco ad incrustandum illum errorem abuti velit, ut *Corn. a Lap.* hic recte monstrat.

§. IV. *Turcæ* a Pseudo-Propheta Muhamed in Alcorano suo usque adeo seducti sunt, ut, quanquam resurrectionem virorum & fœminarum credant, solis tamen viris cœlum & Paradisum tribuant, mulieribus autem locum extra Paradisum, inter cœlum nimirum & infernum, ubi sæpius mares eas sint visitaturi, unde & in hac vita fœminis templa communia cum maribus non concedunt, sed illæ seorsim a viris in aliis ædibus Muhamedem impium suo more colunt. Vid. *Creguti Revel. arcan. p. 129.*

§. V. Præter hos extraneos hostes Satanas quoque hoc deliramentum in Ecclesia N. T. ab ejus exordio disseminavit. *Tatiani* enim, & *Severiani*, mulieres ut opus Diaboli ab Apostolorum tempore convitiabantur. *Epiphanius Her. 66.* taxat *Manetis* furorem, qui, Christum esse hominem, negavit, quia a muliere natus, quæ non sit homo. *Bonaventura*, allegante *Lorino*, in h. l. notat, nonnullos Hæreticos existimasse, nullam mulierem salvari, atque id probasse, quia Christus hoc tantum salvat, quod assum sit; solus



solus autem Vir assumtus sit ab eo. Quam miseram conclusionem dictus Lorinus p. 152. solvit. Tempore *Gregorii M. Pape* in Synodo seu Concilio Matisconensi 2. A. 590. unus ex Episcopis humanitatem mulierum negabat, quam vero erroneam sententiam reliqui congregati Episcopi improbant, & eum compellebant, ut, agnito errore, illum deponeret. LUTHERVS meminit, suo tempore in *Seb. Franckio* hunc errorem recrudescere cœpisse.

§. VI. *Pontificiorum* doctrinam si spectemus, mirum, quam multos circa hunc solum versum errores foveant. Ut enim taceamus Patrum navos e. g. *Origenis* Sarcasmos, qui mulierem nominat caput peccati, arcam Diaboli, expulsionem Paradisi, corruptionem legis antiquæ; *Hieronymi*, qui nocivum genus, januam Diaboli, viam iniquitatis, & quoad nostrum textum, omnia ad cœlibatum trahit, non *inventionem in mille viris* ita explicans: *Et in mille, qui non appropinquaverunt ad mulierem, & propterea purissimi permanserunt.* De Pontificiis recentioribus conqueritur *B. Lutherus in Praef. ad Ecclesiasten*, eos valde abusos esse hoc libro. Inde enim exortam Theologiam Religiosorum, seu Monasteriorum, secundum quam docent, Christianum debere Oeconomiam, Politiam, & ministeria Episcopalia deferere, fugere in deserta, remove se a societate hominum, in mundo non posse serviri DEO, quasi Salomon vanitatem appellet conjugia &c. *In Specie* circa hunc locum LORINI & *Corn. a Lapide* verba, quibus vim faciunt textui, jamdum sect. 1. § 10. annotata sunt. Et sicut Mariam nimium extollunt, ita reliquas mulieres nimium dehonestant. MONACHI enim, imprimis CARTHUSIANI, loca a gravidis mulieribus in cœnobiis tacta mox scopis purgant, oculos ab eis avertunt, in Confessionis etiam sacrae loco parce cum eis loquuntur, quidam non comedunt escam a muliere coctam. Imo HASENMULLERVS in *Hist.* Jesuitica mentionem facit alicujus dicentis: *Ultimam*



*ex muliere non essem natus!* A. 1505. Misenaë impius Clericus iusto DEI iudicio in Albi est submersus, quia in more habuit, in Baptismo puellarum hæc verba evomere: Mox baptizetur, mox suffocetur, *bald getäufft, bald ersäufft*. Imo si concilia eorum evolvamus, vix firmiori spe salutis mulierum eorum fruuntur, quam Turcarum §. 4. Exclusæ enim sunt a sacris per Can. 44. Conc. Matisconensis: *Non oportet ingredi mulierem ad altare*, testante Turonense l. 8. c. 20. a matrimonio cum Clericis, ut boni illi Viri eo liberius Concubinis suis utantur; a sepultura in templis; a cælo in resurrectione, dum *Scotus*, lumen illud Scholasticorum, in 2. Dist. 20. contendit, *omnes mulieres in virili sexu resurrecturas, excepta sola B. Virgine*. Quibus accedit, quod & Scholastici statum purorum naturalium fingant, præter triplicem illum Sect. præc. notatum statum, de quo imprimis *B. Scherz. in Syst. Theol. L. V. p. 110.* videndus, item, quod aperte negent, mulieres ad imaginem Dei esse creatas, quæ injuria non tantum huic sexui est intolerabilis & contumeliosa, sed etiam ut blasphemia in ipsum Filium DEI redundat, quasi hic non a vero, & ad imaginem DEI creato, homine esset prognatus.

§. VII. Nec minus injuriæ in mulieres sunt *Calviniani*, qui cum BEZA impiam conclusionem defendunt: *Malte se ab ipsomet Diabolo baptizatum esse, quam a Laico aut muliere*, vid. *Ej. P. 2. quest. 144.* quum tamen Baptismus in locum circumcisionis successerit, *Col. II, 14.* quam quidem in V. T. a foeminis administrari potuisse, vel solum Ziporæ exemplum poterit demonstrare.

§. VIII. Denique non possum non ex nott. D. ZIEROLDI aliqua allegare, quæ vix ab aliquo Orthodoxo probari possunt. Ita enim ait: *Wer sich vom Weibe einnehmen läßt, und ihr zu nahe kömmt, sich in dieselbe verliebt, und von ihr ergriffen wird, der findet, daß ihr Liebe der Freundslichkeit aus der bitteren Feuerwurzel hervorkomme, daher ihr*  
Hertz



Hertz Netze und Stricke, und ihre Hände Bande genennet werden, davon der Sünder gefangen wird v. 26. Denn ihre Liebe ist nur natürlich, ihre Weißheit ist irrdisch, ja teußeltich Jac. II, 15. von unten her, daber ziehet sie zum Verderben. Quæ verba utut forte de libidinosa muliere accipi velit; tamen quid per radicem & rotam igneam intelligat, vix alius quispiam præter mataologum Boehmianum facile penetraverit. Quæ sequuntur ead. p. 466. Weil alle Weiber Sünderin sind, keine einige ausgenommen, so ist auch die Jungfrau Maria nicht ohne Sünde gewesen; aber der H. Geist hat sie gereinigt, quoad ultima verba sensum Pontificium sapiunt, ac si Maria quoad totam personam ab omni peccato & impuritate immunis fuisset, quem tamen Autori plene, omninoque, non imputaverim. Sunt igitur de sanctificatione massa illius humanæ, ex qua Filio Altissimi templum corporis & humanitatis fuit extractum, intelligenda. Pergit p. 467. seq. Weiber Rath ist nicht allezeit zu verachten, sondern öftters sehr gut; aber nur Vergleichungs weise, wie eine Artzney dem Kranken gut ist. Es wäre aber besser, wenn er gar nicht krank wäre, und auch die Artzney nicht nöthig hätte. Also war zwar die Gebülßin dem Adam gut, aber es wäre doch besser gewesen, wenn er keine Gebülßin gehabt hätte. Die ἀνομία oder Abweichung von Gottes Geboth ist durch den Adam den einen Menschen, da er noch alleine war, ebe die Eva erschaffen worden, in die Welt kommen, Rom. V, 12. Eva hat aber zuerst von aussen die Ubertretung durchs Essen eingeführet, 1. Tim. II. 14. Adam begiehet den innerlichen Fall vor dem Apfel-Biß der Evä &c. Quæ verba, quomodo cum Rom. XI, 34. concilianda sint, non video. Taxat enim Autor Creatoris opus & sanctitatem, quasi hominem non vere bonum produxerit, tum vero absolvit Evam a primo peccato, & Adamum, integrum licet, ac si ἀκαρδιότητος esset, fecit peccatorem quoad interiora, quod a temeritatis nota absolvi non potest.

p. 468.



p. 468. in fine hæc verba evomit: *Ob nun gleich viel gutes im Ehestande ist; - - und also ist das Weib nicht so gut als Adam gewesen*, Vid. verba supra citata in *Secl. II. b. Diff. §. 7.* Quo ipso negat, Evam imaginem DEI in se habuisse ut Adam, &, quod magis, DEUM causam mali constituit. Denique p. 469. leguntur hæc verba: *Der Sünder wird vom Weibe gefangen, nicht aber der Güte gegen GOTT. Wäre nun Adam noch innerlich gut gegen GOTT gewesen, so wäre er von der Eva nicht gefangen worden, also ist er schon innerlich ein Sünder gewesen, in Ungehorsam wieder GOTT, daher er weder der Schlange, noch der Eva sich widersetzet, sondern als ein solcher, der innerlich Lust an der Sünde hatte sich demselben so gleich gefangen gegeben &c.* Cui cavillo nil amplius, quam Paulinum illud, opponimus: *Vir non fuit seductus, femina vero fuit seducta, & iniquitatem introduxit, 1. Tim. II, 14.* quod Apostoli testimonium pluris nobis est, quam ZIEROLDI, & aliorum, auctoritas.

§. XI. Utut vero hac ratione mulieres male audiant, eademque multis in locis a regimine sint exclusæ, ut in Gallia per *legem Salicam*, Satanas quoque multas hæreses per Gynecæa viris insinuarit, quod blanda mulierum Rhetorica singularem vim movendi animos maritorum in se continet, non tamen bonæ fœminæ laude sua fraudari debent. Magnus certe *Chebnitius* firmiter credidit, plures futuras esse in cælo, quam viros, eo, quod horum innumeri morte violenta in bello pereant, aut alios furore trucident, multi pejerando, execrando, blasphemando, luxuriando, & aliis peccatis mortem sibi adfiscant: mulieres e contrario vitam tranquillam ducant, DEO serviant, adeoque placida morte vitam finiunt. Quam difficulter igitur Salomoni terrestri fuit unam mulierem rectam & perfecte virtuosam invenire, tam facile cœlesti Salomoni erit, innumeras electas ante oculos suos ponere, ac æternum glorificare.

T A N T V M!

DISPO-



DISPOSITIO  
TOTIVS  
ANTHROPOLOGIAE  
SALOMONEAE

EX  
TEXTV ANTEA DECLARATO  
ET PERTRACTATO.

---

**C**oronidis loco & *Exercitium* quoddam *Homileticum*  
addendum esse duxi, seu Dispositionem hujus Dicti;  
E quo tractari poterit :

Propositio  
Artificium inveniendi Salomoneum

- I. *Inventor*, cujus ubi Partes  
p. *Subiectum* : Anima mea,  
p. *Adjunctum* : *Quærit, ubi*  
Fervor & Assiduitas.
- II. *Inventum*, ubi p. *Locus* : Inter mille,  
p. *Thesaurus* : Unus homo.
- III. *Non inventum*, hic p. *Non inventi quidditas* : Mulier.  
p. *Raritas* : Nulla &c.

G

Vfus



## Vfus

*Didascal.* De imperfectione, & vanitate rerum mundanarum, de qua Salomo in toto hoc libro agit.

*Elencht.* contra eos, qui Sect. III. recensentur.

*Epanorth.* contra quærentes hæc mundana, it. qui non ut homines vivunt.

*Pædeut.* ad quærendum regnum DEI, & veram justitiam, ad exercendam veram humanitatem, & deponendam mollitiem muliebrem svadeat.

*Consol.* Multi diu quærent: at tandem invenient, si veram callent artem. Tandem dicere poteris, *Ευρηκα* Cant. III, 4. Joh. I, 45.

## Exordium

Defumi potest de Inventione seu Inventoribus rerum, de quibus *Polydorus Vergilius* ex instituto scripsit, vel Genes. XVIII, 26. 28. 30. 32. vel Cant. III, 4. vel Matth. XX, 16.

Tractari poterit hic Textus:

Dom. IV. Adv. Dom. I. Epiph. Dom. Septuages:

*isens*

E. Pasch. Dom. II. XV. XX. Trinit.

AD



AD  
CLARISSIMUM DOCTISSIMUMQUE  
DISPUTATIONIS AUCTOREM  
DN.

M. CHRISTIANVM HENR.  
ZEISIVM  
AMICVM ET FAVTOREM CHARISSIMUM  
GRATVLATIO  
PRAESIDIS.

**V**ehementer tuum se mihi consilium probavit, *Nobilissime Magister ZEISI*, quod, antequam huic Academiae omnino valediceres, ad edendum quoddam ingenii, doctrinaeque, specimen per Disputationem publicam, eamque Theologicam, animum adiecisti. Equidem, si ad Seculi Te mores componere, & venditare rerum novarum cupidus, voluisses, tum non negaverim, Tibi aliam forte commendandi Tui rationem, viamque, ineundam fuisse. Quod enim Exercitationis genus olim in Academiae unum omnium

G 2

maxime



maxime florebat, & docentibus perinde ac discipulis magno in pretio habebatur, id hodie usque adeo exolevit, atque eviluit, ut vel pro cacoethe aliquo habeatur, vel saltem inter otiosa & superflua numeretur. Non est, quod quis animi me perturbationibus in transversum rapi, aut in scribendo statuendoque, modum excedere opinetur, cum ea, quæ posui, usu ipso, & experientia, comprobentur.

Enim vero fuit aliquando tempus, quo, hac etiam in Academia, Doctores Theologi ad tanto frequentius disputandum publica mercede conducti, juvenum vero studia æmulantium animi tanto ad id ardore rapti sunt, ut tertia quaque diei hora, disputantibus disputaturi succederent, iidemque inter se de palma non magis, quam de cathedra occupanda, contenderent, auditoria vero, etiam per hyemem, calerent. Huic rei testimonio esse possunt veterum Theologorum, *Gerhardi, Menzeri, Feuerbornii, Schroederi, Affelmanni*, utriusque *Meisneri, Calovii, Deutschmanni*, aliorumque, scripta, quæ, cum aliquot sæpe Voluminibus contineantur, meris tamen plerumque disputationibus absolvuntur. Norant nimirum, nervos atque artus exercitationum Academicarum esse Disputationes, atque Examina. His enim & ingenium



genium excitatur, & iudicium acuitur, & industria retinetur, & memoria colitur, & veritas stabilitur, & *καρπνοτα* loquendi acquiritur, & ipsa denique doctrinae soliditas comparatur. Igitur quod olim in nulla non arte & disciplina multo, quam hodie, plures exquisite solideque doctos habuimus, id equidem, post alia studiorum subsidia, a disputandi ardore, & frequentia, non male arcessiverim.

Nunc vero usque adeo ab institutis moribusque majorum recessimus, ut disputationes fordeant permultis, & vix per integrum annum toties publice disputetur, quoties olim disputabatur per mensem, non sane docentium culpa, qui has exercitationes quam sapissime institui cupiunt, nec ulli poscenti operam suam negant; sed aliis de causis, quas quidem invenire, si quæras, non est difficile. Initio enim ardorem disputandi non parum restinxit intempestivus quorundam conquestus, de nimio, perpetuoque in Academiis studio disputandi, quod eousque invaluerit, ut de exercendo ingenio nulli non, de excolenda pietate paucissimi, cogitent. Iuventutem hoc pacto ad inanem *rixandi* & *hæretificandi* libidinem assuesieri, quod consuetudo abeat in naturam, & hi raro per omnem vitam a contentione sibi temperent,



qui disputando tempus omne in Academiis triverint. Quæ, utut procul calumnia scribi, statuique, non possint, quum nullius facile ingenium nimium subigi & exerceri possit, Christus etiam cum Phariseis & Legis peritis perpetuo disputavit, denique hujus studium pietati excolendæ non obstet, ac inter disputationes & rixas distingvi debeat; nihilominus, ita ut sit, ista sunt approbata a multis, etiam magnæ dignitatis, famæque Viris, qui clientes deinceps ab eo exercitationum genere, avocare & retrahere cœperunt, ad quod impellere potius, & adhortari debuerant. Accessit ipsa ingeniorum propensio, quæ, cum pauciora sibi præstanda esse in Academiis pridem optassent, avide arripuerunt illum, qui monstrabatur, ignaviæ suæ prætextum, minimeque inviti declinarunt necessitatem procedendi in publicum, ne sua prodertur incitia. Denique & nervus rerum gerendarum deficere multos cœpit, ob bella perpetua, & inde oriundas exactiones principum, aliasque calamitates publicas, quibus ad incitatas redacti, exhaustique sunt ii, a quibus sumptus necessarios expectare, & in publica specimina impendere juvenes debebant.

His, aliisque, de causis rarefcere in Academiis cœperunt disputationes, ut hodie non minus de pau-



paucitate illarum, quam olim de multitudine, ac frequentia, conqueri habeamus. E quo tamen tantum abest, ut aliquid utilitatis ad Ecclesiam, Rempublicamque, redundet, ut etiam praesens damnum, incommodumque, emergat. Qui enim antea se multum lucraturos, & pietatem praecipue promoturos putabant, si homines a disputando averterent, hi nunc, serius tamen, quam expedit, suo se consilio, judicioque falsos, atque id tantum consecutos vident, quod ex Academiis pro eruditis rudes, pro alacribus ignavi, pro solidis superficialii, pro piis vel simplices, vel hypocritae, in patriam remigrant. Quae adversus nullum aliud remedium superest, quam, ut, revocata veteri disciplina, perpetuis tum examinibus, tum disputationibus, exerceamus ingenia, juvenesque hinc bene discere, hinc sancte vivere, doceamus.

Tu quidem, mi ZEISI, observasti utrumque, & ut vitae, apud nos innocenter exactae, testimonium ne ipsa quidem invidia TIBI negaverit; sic quam bene didiceris, erudito, quod a me nunc recipis, specimine ostendisti. Hujus enim verum, unicumque auctorem TE esse, stylus, methodus, elaboratio, reliqua omnia, demonstrant. Tanto autem impensius  
TIBI



TIBI hoc gratulor institutum, quod hoc pacto  
in MAXIME VENERANDI PARENTIS TVI,  
Viri eruditi, gravis, modesti, & publicis quo-  
que Scriptis nostrate de Ecclesia non male  
meriti, vestigiis inhæres, qui, pari dexteritatis  
exemplo, in Alma *Philurea*, Præside, magno  
quondam Theologo & Oratore sacro, *Jo. Ben.*  
CARPZOVIO, *de Mysterio Trinitatis e V.T.*  
*probando*, erudite, ac sobrie, disputavit. Hunc tute  
imitare porro, mi ZEISI, & ita existima, tum  
demum duraturæ in terris felicitatis solidum TE  
fundamentum jecisse, hujus ad exemplum si  
totum TE composueris, & studium discendi  
cum ingenio, cum utroque modestiam & pie-  
tatem, perpetuo copulaveris. Faxit autem im-  
mortalis DEVS, ut hoc ipso specimine sum-  
mis TE Viris insinues, & ingenium, doctrinam-  
que probes, eorumque deinceps gratia suble-  
vatus portum studiorum, quem respicis, ex  
tuo, meoque, voto feliciter consequare!

Vale! E Museo IV. Calend. Oct.

M D C C X X.



Th 1379

ULB Halle 3  
002 422 239



56,


M. C.











9 2

Q. D. B. VI!

# ANTHROPOLOGIA SALOMONEA

Q<sup>VAM</sup>  
EX ECCLES. VII, 29. ERVIT

ET  
A VETERVM IVXTA ET RECENTIORVM  
CORRVPTELIS CAVILLISQVE  
VINDICATAM

PRAESIDE

DN. GOTTLIEB VVERNSDORFIO  
THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. CONS. ECCLES. ASSESS.  
ÆDIS MAR. PAST. ET CIRC. ELECT. SVPER. GENERALI  
ORDINISQVE THEOL. H. T. DECANO

IN ACADEMIA VVITTENBERGENSI

D. SEPT. A. R. S. c15 10cc XX.

PVBLICE AD DISPYTANDVM PROPOSVIT

AVCTOR - RESPONDENS

M. CHRISTIANVS HENRICVS ZEISIVS

Rofw. Mifn.

S. S. THEOL. STVD. ET ALVMN. ELECT.

WITTENBERGAE,  
EX OFFICINA VIDVAE GERDESIAE.